

104 Quotò tandem obicitur, quia si bene ponderentur rationes Scot. adductæ in favorem infantium, non solum probant de infantibus parentum infidelium, Principibus Christianis civiliter subjectorum, sed etiam infidelium nullatenus subjectorum; quos tamen ab initio questionis diximus, non licite baptizari posse, parentibus invidis. Imò ratio à Scot. adducta ex motivo Religionis de- sumpta, nempe probat de infantibus, quod baptizari debeant in- vitis parentibus, sed etiam de adultis, quod cogi possint ad bap- tismum suscipiendum, quia inquit tenent Principes zelare Dei cultum supremum, quia maxima fit irreverentia Deo, cum nomē ejus to- ta die, vel dicto, vel factò blasphematur, & ejus lege publicata per- mitteatur, sed etiam eorum auctori, qui eum sunt blasphematuri; Unde concludit Do. his verbis; Imò quod plus est, crederem religiosè fieri, si ipsi parentes cogentur minis, & terroribus ad suscipiendū baptismum, & ad conservandum postea susceptum, quia estò, quod ipsi non essent vere fideles in animo; tamen minus malū est eis non posse impunè legem suam illicitam servare, quàm posse liberè eam servare; item filii eorum, si bene educarentur, in terra, & quarta generatione essent vere fideles, ita Doct. loc. cit. At periculosa inquit Thomista, esse hanc assertionem, & in Ecclesia novam, quia fides est voluntaria, & idè non cogi debet ad cre- dendum, nam hoc est contra naturam fidei, & Christus præscri- ptus modum promulgandi legem suam, non dixit, ut minis, & ter- roribus inducerentur gentes ad credendum, sed docendo, & per- suadendo; ait enim; prædicatè Evangelium, & docete omnes gentes, qui crediderit, id est, sponte sua, salvus erit.

105 Resp. non desse Scot. indifferenter asserentes, posse licite baptizari infantes quorumque quæ infideliam sive subditorum Principibus Christianis, sive non, parentibus invitis, quia saltem indirectè videtur Ecclesia hanc potestatem habere ipso iure natu- ræ, quia potestas defendendi innocentes omnibus est iure natu- ræ concessa; sed si infantes sunt innocentes, & summam injuriam à parentibus patiuntur, & maximum detrimentum, dum eis impe- diant baptismum ad eorum salutem necessarium, ergo licet eos de- fendere, & iure eripere, si opus fuit, de potestate parentum, ut se- cutè baptizentur; Verùm Doct. hoc tantū m. asserit de infantibus infidelium Christianis subjectorum, siquidè infideles hujusmodi inter Christianos degentes ignorantiam fidei, & baptismi preten- dere nequeunt, & idè cum ius nullo specioso pretextu abutatur iure naturali, quod habent in filios, in perniciem, & damnationē eorum, merito tali iure privari possunt, & licitè ab eorum educa- tione merito removeri; Ad infideles Christiani non subditi, neque tam eis considerandè habentes ignorantiam fidei, & præcepti bap- tismis prætereundè possunt, & fortè etiam inculpabiliter putare, se obligatos non esse ad proficendam fidem baptismi, & infidelitatem esse meliorem, quàm vtiat fidem; idè quæ non ita mani- festè, & culpabiliter abutantur patria potestate in filios, sicut abu- rantur infideles Christiani subditi, ac inter eos degentes, non videntur ita licitè privari posse iure naturali, quod habent in filios, sicut ipsi; neque manifestè, & ipse notam faciunt filii injuriæ, sicut ipsi, idè quæ rationes à Doct. allatæ evidentius concludunt inten- tum de filiis infidelium Christianis subjectorum, quàm de adultis.

106 Ad id tandem, quod addit de adultis infidelibus, quod in aliquo casu cogi possint ad baptismum suscipiendum, nego hoc nostræ fidei alienum; quamvis enim via ordinaria, & iustata promulgandi divinam legem, ac nostræ fidei dogmata sit talis, qualis asseritur à Th. hæc tamen non excludit, nec prohibet viam extra- ordinariam inducendi gentes ad credendum interdum per terro- res, & minas, quando id occasio postulat ad majus malum evita- dum. Et hoc etiam evidenter colligitur, ex Scripturis; Deus enim in forma Patris familia vocavit liberè ad cenam illam magnam servos suos; sed alios renuentes contempit, alios verò induxit per compelle intrare; Et hoc idem insinuat D. Paulus ad Timotheum inquit; Prædica verbum, in qua oportet, arguere, obsecrare, incre- pa in omni patientia, & doctrina. Hinc D. Aug. ad Vincentium epist. 42. loquens de quibusdam legibus imperialibus contra Hæ- reticos publicatis ait. Harum legum terror, quibus promulgandi Reges servunt Domino in timore, ita profuit, ut nunc alii gra- tias agunt Domino, quod vincula nostra dissipavit, & ad pacis vin- culum transtulit, & quamvis Aug. hic de Hæreticis loquatur, ean- dem tamen quoad hoc est ratio de Judæis.

107 Quando autem inquit Doct. posse licite in aliquo casu ter- roribus, & minis infideles compelli ad fidem, intelligendum est de minis, & terroribus in materia civili, & exilio, non autem de mi- nis, quæ tendunt ad mortem, ut hic advertunt Aretius, & Hi- queus; hoc enim prohibuit Concil. Toletanum cit. cap. de Judæis d. 45. loquitur enim ibi de terroribus, & minis, quibus tormenta succedunt, & mors corporalis; non autem priori modo, nam ubi detrimentum publicum urget, & periculum vel rebellionis, vel rebelliois, aut etiam subversionis fidelium, rectè prior necessitas ipsi potest imponi, & hunc modum prædicavit Ferdinandus His- paniarum Rex, ut habetur L. Cunctos C. de sum. Trin. qui Mau- ros, & Judæos, qui non baptizarentur, iussit de Regno discedere, & ejus exilii timore quamplures baptismum susceperunt, inter quos

non est dubium fuisse multos invitos ad baptismum, ut supra dictū est; Quod autem in adductis casibus ad majus malum evitandum licite possint non tantum Apostataz, sed etiam Infideles ad bap- tismum cogi, probat Doct. d. 4. q. 4. sub D. quia est regula com- munitè recepta, quod in casu angustie, & necessitatis de duobus malis minus est eligendum ad vitandum majus, quod utrumque evitari nō potest ex d. 13. c. duo mala; cum ergo hæc sint duo ma- la cogere infideles ad baptismum, & permittere eos in pūde gentili- tatis ritus, vel alterius scetæ servare; utriusque tenet perpen- sio minus malum est primum, quam secundum; actus enim suscipiendi baptismum, & fidem nostram ex suo genere bonus est, & licitus, imò & debitus, & solum in tali casu necessitatis redditur malus ex circumstantia, quia receptio baptismi libera esse debet, & volun- taria, non coacta; è contra verò servare gentilitatis ritus, vel Ma- hometicæ legis malum est ex genere, & maximum peccatum, quæque legem nostram amplecti, & baptizari ergo Principes Christiani in tali casu, si cogant infideles sibi subditos ad fidem recipiendam minus malum eligent, quàm si iniquos permittant servari ritus Deū blasphemando, & legem Christi contemnendo; minus malum est infidelis, quod invitus servet legem Christianam, quàm quod impudè permitatur agere contra eam, quia universalius loquendo (inquit Doct.) minus malum est, invitum aliqui bona facere, & mala fugere, quàm liberè, & impunè mala agere, & bona dimitte- re; quæ doctrina facile solvantur quæcumque contra hanc asser- tionem solent urgere Thomistæ, quibus ex professo occurrunt Faber disp. 16. cap. 2. & Centius disp. 6. cap. 2. art. 2.

QUÆSTIO QUINTA.

Quæ dispositio ex parte recipientis necessaria sit in adultis ad validitatem Baptismi.

108 EX dictis in fine præcedentis articuli, quod, scilicet in quibusdam casibus possint infideles adulti terroribus, & minis compelli ad baptismum suscipiendum, nova insurgit diffi- cultas an tales adulti in eo casu verum recipiant sacramentum; & ratio dubitandi est, quia validitatem baptismi necessarium est ex parte adulti baptizandi aliquis voluntarius consensus, quo velit baptismum suscipere, nullus enim ad scribitur familia Christi in- vitus, ut habetur c. 23. Prov. ubi Deus prius exigit cor ab eis, qui suæ familie sunt ad scribendi dicentis illi præbe mihi cor tuum, no- lens aliquid omnino invitum suæ familie ad scribi; & hoc etiam certum est praxi Ecclesiæ, quæ nunquam adultum baptizat, nisi prius illum interroget an velit, & respondet, velle; aut saltem si- bi constet, quod antè baptismum petierit, quod etiam docuit In- noc. Tertius cap. Majores de baptismo, & ejus effectus; quod postea etiam Paulus U. in suo Rituali de Adultorum baptismo monet, non nisi volentem esse baptizandum, amentes verò quæ lucida ha- bita habent intervalla, esse baptizandos; unde mentis sine com- potes, ut suum possint præbere assensum; Et hoc tandem colligitur ex verbis Christi Matci ult. dum loquens de baptismo adul- torum inquit; qui crediderit, & baptizatus fuerit, salvus erit; quos auctoritates non solum probant, requiri consensum bap- tizandi ad recipiendum effectum baptismi, qui est ipsa gratia regene- rativa cum remissione totius culpe, & ponere; sed etiam ad vali- ditatem ipsius baptismi, quatenus est symbolum sensibile im- pressum in anima characterem collativum, gratiæ regenerativæ; hæc autem communis doctrina Patrum, Conciliorum, & Scho- lasticorum jam dictis repugnare videtur, quod in aliquo casu possint infideles adulti terroribus, & minis cogi ad suscipiendum baptismum, nam in eo casu verum non recipient sacramentum eum supponantur accedere invitati.

ARTICULUS PRIMUS.

Resolutio Quæstionis.

109 Hæc difficultatem tractat Scot. ex Instituto 4. dist. 4. q. 4. ubi quaeritur an adultus non consentiens possit effectum baptismi recipere, eamque resolvit per distinctionem, quod non consentiens potest intelligi, vel contrariè, vel negativè tantum; hoc secundo modo negat, tantum actualè consentiens, primo verò modo ponit actualè dissentiens, & patet hæc distinctio, quia non est idem non velle, & nolles dissentire contrariè rursus potest con- tingere dupliciter, vel contrariè simpliciter, vel contrariè secun- dum quid tantum, quod explicat Doct. declarando, quid sit velle aliquid simpliciter, & quid velle secundum quid, ille vult simpliciter, qui actualiter eligit aliquid, ut fugiat aliquod incommodum quod si aliter evitare postulat, quod illud non velle; sic prociens merces in mare ad evitandum mortem ex procella imminente, di- citur velle illam projectionem simpliciter, licet secundum quid il- lam non velle, si nimirum posset aliter vitam servare; simpliciter ergo volens proficere, & secundum quid nolens, hoc est, sub condi- tione nolens, quia non let, si posset alio modo salvare vitam, sic igi- tur in proposito, baptizari simpliciter non consentiens contrariè, quod abso-

absolutè baptizari non vult, producendo positivum actum noti- tionis baptismi; secundū quid autem contrariè non consentit, qui vellet non baptizari, si posset evitare incommodum, quod sibi im- met eventurum non suscipiendum baptismum, & quia illud effuge- re non vult, nisi baptizetur, idè vult baptizari; Ut si quis Prin- ceptis alicui infideli sibi subdito intimaret, ut baptismum suscipe- ret, alioquin tormenta subiret, vel exilium à regno, & ille, ne tale incommodum patereat, in baptismum consentiret, vellet sim- pliciter baptizari, sed dissentiret secundū quid, quia si posset ali- ter incommodum illud evadere, non consentiret; Hæc declarat.

110 Primò dicit Doct. adultum ratione utentem, & contrariè simpliciter dissentientem non valde baptizari, quod probat, quia Deus per Sapientem dicit Prov. 23. Fili præbe mihi cor tuum, nolens aliquid omnino invitum familie suæ ad scribi; suscipiens autem baptismum ad scribitur per hoc familie Christi, & subdit, quod si talis non consentiens hoc modo reclamant signo exteriori sui, ma- nifestans dissentium, non cogitur ab Ecclesia facere Christianæ observantiam; si verò non reclamant, cogitur, quia Ecclesia judicat de manifestis, & quia tacet, præsumitur consentire, ut patet de reg. par. in 6. qui tacet, consentire videtur. Neque inquit Doct. in hoc argui potest Ecclesia, quod isti nolenti simpliciter, & ta- men non reclamanti facti injuria, minus enim malum est ibi, quod invitus servet legem Christianam, quàm quod impunè permitta- tur agere contra eam, quia minus malum est, invitum aliqua bona facere, & mala fugere, quàm liberè, & impunè mala agere, & bona dimittere.

111 Secundo dicit, quod si dissentis ille sit tantum secundum quid, simpliciter verò consentiat, sacramentum est validum, si nimirum baptizari consentit eo modo, quo Ecclesia facere intendit scilicet, si consentiat non tantum in illam abjurationem, tanquam in quoddam lavacrum, sed in abjurationem eo modo, quo illa intendit facere Ecclesia; quod probat, quia talis est consentit simpliciter, & est simpliciter volens, licet secundū quid sit nolens, nam qui vult ali- quid, ut aliquid incommodum evadatur, simpliciter vult illud, licet secundum quid sit nolens, ut explicatum est exemplo prociens merces in mari; quomodo verò aliquis consentire possit in eam ab- lationem suscipiendum eo modo, quo cõfetur ab Ecclesia, & ta- men nollet, si posset evadere tormenta, quia non credit, baptismum aliquid valere aptissimo exemplo declarat Doct. ut si aliquis non credens, verba incantationis possit habere aliquid effectum, se ta- men incantari permittat, hoc est, consentiat. Incantatorum verba incantationis supra se profert, e intentione, quia solet ea dicere, dū incantationem efficit, dicens in corde suo, valeant, quantum va- lere possunt, ejusmodi homo verè diceretur incantator; & si talis incantatio super aliquem diceretur cõsecratio Diaboli, ille foret, & cõsecrator Diaboli cõsecratus; sic ergo patet, qui consentit, se baptizari, & formam verborum supra se profert eo modo, quo intendit Eccl. dicens in corde suo, valeant hæc verba cõ abjuratione, quantum valere possunt, esse verè baptizatus & Deo cõsecratus.

112 Et de coactione in hoc fensu, inquit Doct. locutum esse Concilium Toletanum 4. c. 6. remanet in cap. Majores extra de baptismo, & ejus effectus; in quo est monitum, non esse amplius In- dogas ad fidem cogendos, subdit tamen eos, qui antè ad fidem susci- piendam coacti fuerant, cogendos esse, eam recipere, & serva- re; quia tamen non ita coactè ad fidem venisse intelligendi sunt, ut nullo ipsorum cõsensu baptizati fuerint, sed ut loc. cit. Innocentius Tertius declarat, vi quidem aut metu coacti, propria tamen volun- tate sicut conditionata ad evitanda supplicia, quævis nō abso- lute, & spontanea voluntate baptismum susceperint; Undè tandem præcitatū caput his verbis concludit. Tam ergo cum aditè sacra- mentalis imprimi operatio, eum obicè voluntatis contraria non in- venit obshentem; cui doct. Scot. ad verbum subscribit. A micus cõ aliis Recentiorebus dicit, 1. de Bapt. c. 6. ex quo sequitur, quod consensus, vi vel metu hoc modo extortus non impedit sacramen- ti receptionem, quia ille cõsensu hoc modo extortus est simpli- citer, & absolute voluntarius, & tantum secundum quid involun- tarius; ergo sufficit ad valere baptismum, quod idè talis baptismus censetur in prædictis decretis imprimere characterem indelibilem, ratione cuius, qui sic baptizatus est, subditus manet jurisdictioni Ecclesiæ, & ad fidem servandum est, subditus manet jurisdictioni inquit Scot. quod simpliciter dissentiens non recipit sacramentum, undè cessante tali dissentio, si postea consentiret simpliciter, esset baptizandus; qui vero simpliciter consentiret, licet secundum quid dissentiret, verò baptizatus consensus est, & cessante dissentio illa, secundum quid non est iterum baptizandus, quia verum recepit baptismi sacramentum; tales autem sunt, qui coacti terroribus, & minis baptismum suscipiunt, talis non susceperunt, Dices, volens per vim, & metum non contrahit in matrimonio, ergo neque in baptismum, qui est matrimonium quoddam spirituale anima cum Deo iuxta illud, desponsabo te mihi in fide. Resp. per baptismum potius adoperari hominem in filium Dei, quam contrahat matri- monium; in adoptione autem licet nullum actum habeat adopta- tus, solus adoptans sufficit actus; atque idè non est simile de matrimonio, & baptismo; de quo Scot. 4. dist. 29. q. m. D.

113 Hanc eandem doctrinam ex nostris jam antea docuerant Aletius 4. p. q. 3. memb. 7. art. 2. & D. Bon. 4. dist. 3. art. 2. q. 1. licet sub aliis terminis; dixerunt enim, duplicem esse coactionem; alia est sufficiens, quæ proinde nonnulli absolutam appellat, & talis effectus, si aliquis manibus, pedibus, flagellis immergetur, alia est inducens, quam alii vocant conditionalem, ut si quis minis, & terroribus ad baptismum induceretur, ita ut magis vellet se sacramento Ecclesiæ subijcere, quàm mortem, vel exilium subire, quæ præmissa distinc- tione inquit, quod si quis coactione sufficienti, vel absoluta bap- tizaretur, quantum vis abluens eum baptizare intendat, & debita servet verborum formam, nec rem, nec characterē suscipit facta- menti, & constat ex c. Majores supra relato, quia nullo modo fuit in eo consensus, seu voluntas, imò fuit omnino repugnans. Si vero coactione inducitur, vel cõditionata baptizatur, ut potest si minis, & flagellis ad baptismum inducitur, ita quod magis vult, se sacra- mento Ecclesiæ subijcere, quàm mortem, vel exilium pati, si intendat quod circa eum fiat, tam exterioris, quàm interioris illud, quod circa illos, qui simpliciter, & voluntarie baptismum suscipiunt, & mi- nisterialiter facit Ecclesia, verè recipit sacramentum baptismi, ut constat ex eodem c. Majores, ubi dicitur, quod is, qui minis, & ter- roribus ad baptismum trahitur, suscipit, ne detrimentum incurrat, talis characterē suscipit Christianitatis impressum; quia talis coactio est solum inducens, & conditionata, non absoluta, & sufficiens, & talis cõsensu est simpliciter, & absolute voluntarius, & solum secundum quid involuntarius; cui dicendi modo sub- scribitur Aretius d. 4. q. ar. 4. & Centius disp. 6. c. 2. ar. 2.

114 Tertio dicit Doct. quod adultus ratione utens non consen- tiens solum negativè, si tamen virtualiter consentit, aut salte ha- bitualiter, verum sacramentum baptismi suscipit, v.g. adultus, qui non consentit, nec dissentit actualiter, quia est distractus à consi- deratione baptismi, consentit tamen virtualiter, quia quando vene- niat ad Ecclesiam, ut baptismum suscipere, volebat baptizari; aut saltem habitualiter, quia prius habuit voluntatem baptismi, & post talem consensum, quia prius habuit dissentium contrarium, verū suscipit sacramentum, solum probat Doct. quia Deus neminem obligat ad impossibile, vel nimis difficile in statu hujus vite; sed non distrabi actualiter, vel semper de baptismo cogitare, dum sus- cipitur, est nimis difficile, quia non est in potestate nostra, quin visus tangamur, ut ait Aug. de lib. arbit. ergo sufficit consensus, & volitio virtualis ad verè suscipiendum baptismi sacramentum; sicut Sacerdos in cõsecrando Eucharistiam verè cõsecrat dis- tractus, dum tamen prius induendo se intendere celebrare Mis- sam, secundum morem Ecclesiæ, ut dicitur etiam disp. præc. de sacra- m. genere q. 7. loquendo universaliter de intentione Ministri ad sacramenti valorem requisita. Alterum quoque probat Doct. quod nempe sufficit consensus habitualis, quia talis consensus habi- tualis sufficit homini, qui postquam habuit assensum, incidit in amentiam; ergo etiam sufficit utenti ratione; assumptum probatur, quia alioquin non posset baptizari cõferti amenti, qui ante amentiam illum perivit, ut doct. Innocentius Tertius c. Ma- jores de baptismo, & ejus effectus, & Paulus V. in suo Rituali de Ba- ptismo Adultorum definitivè; Consequentiæ probat Doct. quia utens ratione non est deterioris conditionis, quam sit amentis, pro- pter eam quod ratione utatur, ergo si talis consensus habitualis suf- ficit amenti, sufficit etiam adulto ratione utenti.

115 Quotò tandem inquit Doct. quod si daretur adultus ratio- ne utens, qui merè negativè se haberet ad baptismum, omnino nō consentiens, neq. dissentiens, tam actualiter, quàm habitualiter, non reciperet sacramentum baptismi; quod probat, quia oportet, hominem ratione utentem, & ad hoc sacramentum accedentem aliquid ad illud habere devotionem, ad hoc ut illi valeat, aliter videretur illud cõtemnere; Cons. quia non sufficit sola negatio resistentiæ, seu negativa permissio, sed requiritur positivus consen- sus saltem virtualis, vel habitualis, siquidem negatio resistentiæ, seu negativa permissio, non est consensus, quem Ecclesia in adul- torum baptismo requirit, sed potius negatio consensus; Adhuc tamen verum est, hujusmodi negativam permissionem sufficere, ut baptizatus in foro externo maneret Ecclesiæ subiectus, à qua cogi posset ad fidem servandum; Hæc tamen casum, inquit Scot. videri difficilem, præcipue si talis adultus prius aliquando de bap- tismo cogitasset, quoniam, vel tunc placuisset sibi baptizari, vel non, imò si displicuisset, & secundum illum modum judicaretur talis habitualis consensus in posterum; Et hæc est communis opi- nio, quam tenent Suarez, Vasq. Card. de Lugo, Amicus, Faber, Centius, Aretius, Hiquæus, & alii Recentiore passim, & fuit etiam D. Th. 3. p. q. 68. ar. 7.

116 Oppositum tamen hujus asserit tenet Cajet. ibidem, qui do- cet, solum requiri ad valorem baptismi, quod ille, qui baptizatur, non habeat voluntatem contrariam, etiam si non habeat, vel habuerit unquam voluntatem baptismi recipiendi, ut aliqui Gentilis qui nunquam cogitavit de baptismo, & proinde nunquā cogitavit velle suscipere baptismum, vel non velle, si dormiens baptizatur, tenet Cajetanus, eum esse verè baptizatum, neque iam expurgatur esse baptizandum, si consentiat in baptismum; Hoc autem pro- bat



bat ex verbis jam relatis Innocentii Tertii in dicto Cap. *Maiores de Baptismo*, qui solum videtur petere ad valorem Baptismi, quod adultus non habeat voluntatem contrariam, & repugnantem; sic enim post longa disputationem concludit. *Tunc characterem sacramentalis imprimi operatio, quando obicit voluntatis non invenitur*; ergo si neutram habeat voluntatem, baptismus erit validus. Deinde quia Conc. Florent. in decreto unionis docet, sacramenta tribus perfici, materia, forma, & intentione Ministri, in quibus non numeratur intentionem suscipientis. Rursus, quia in parvulis invenitur baptismus validus absque consensu; ergo in adulto esse potest, quia sacramentum semper eisdem partibus constare debet. Tandem dari solet extrema unctio illi, qui rationis usum subito morbi impetu perdidit; nec ante sacramentum illud perierit; ergo idem dici debet de baptismo.

117 Resp. imò Innocentium loc. cit. potius nobis favere, quam Cajetano, semper enim ibi exigit consensum positivum ad valorem baptismi, saltem virtuale, vel habituale, loquitur enim ibi de amebibus, & dormientibus; & inquit, quod si illi habebant voluntatem suscipiendi baptismum, antequam dormirent, vel in amebibus incidere, sunt vere baptizati; unde per verba ista relata tunc characterem imprimi, cum obicit voluntatis contraria non invenitur obfistit, aliud in mente non voluit, nisi requiritur suscipiens non dissentiat contrarie simpliciter, quamvis dissentiat secundum quid juxta doctrinam Scot. aliamque in locis contradicere, si quis in fine capitis negare necessitate consensu positivi in suscipiente ad valorem sacramenti, quam antea exigebat in eo, qui dormit, vel in amebibus incidit ante somnum, & amebibus; Unde Pontifex non ponit casum Cajetani, scilicet, quod ille baptizatus, nec assentiat, nec dissentiat, sed quod non dissentiat actualiter, & consentiat virtualiter, vel saltem habitualiter. Cur autem non meminerit tertii status, eorum nempe, qui prius neutram voluntatem habuerunt, suar, & Lugo dicunt, idem hoc fecisse, quia moraliter loquendo adultus, qui non consentit positive, sed sedit in actu neuro, resistere censetur, & invitatus pati; Vel potius cum Doct. dicendum, hujus tertii status Pontificem non meminisse, quia casus ille rarissimus est, & valde difficilis, ut contingat; nunquam enim baptizatur adultus, dum dormit, aut non explorato prius eius consensu, nisi autem in amebibus incidit, rarissimum est, quod prius non habuerit, vel voluntatem baptismi, vel aliam contrariam; & ideo casus ille voluntatis in statu neuro rarissimus est, ut Doct. docebat, ideoque ejus non meminit Pontifex loc. cit.

118 Ad 2. dico, Concilium ibi tradere generalem doctrinam sacramentorum, & decernere necessaria ex parte ministrantis in in quoque sacramento, quae certe sunt solum materia, forma, & intentio Ministri, de suscipiente vero, & ejus intentione non loquitur, cum non sit universaliter requisita in omni sacramento; ut patet in Eucharistia, in qua ex vi sacramenti non requiritur suscipiens; imò nec in ipso baptismo semper est necessarius suscipiens consensus, ut patet in parvulis; & ob id Concilium regulam generalem non tradidit, quod ad quodlibet sacramentum requiritur suscipiens intentio; Et quamvis consensus baptizati requiratur in adultis, plane non requiritur ex parte sacramenti, quod in specie 2. quod ad consequendum characterem non requiritur alia dispositio in adultis, quam quae requiritur ad valorem baptismi, nempe voluntas suscipiendi baptismum, quia baptismus, inquit, non potest esse validus, quin conferat characterem; & hanc enim de causa iterari non potest, atque ideo non requiritur major dispositio ad characterem, quam ad valorem sacramenti.

119 Ad 3. negatur paritas de adulto, & parvulo, & falsum est, consensus requiri ex parte sacramenti, cum potius requiratur ex parte subjecti, quando rationis usum habet, ut sit capax salutis, & remedi ad salutem ordinati, ut modo dictum est; cur autem magis hic consensus requiratur in adulto, quam in parvulo, jam dictum est q. 1. Ad ultimum, negatur paritas de baptismo, & extrema unctio; catholice enim viventes, catholice etiam velle mori censentur, & proinde ex illa generali, & habituali voluntate moriendi in Ecclesie, & fidei gremio praesumuntur ab Ecclesie, velle in extremis sacramentum illud suscipere; ceterum accedens ad baptismum, cum sit infidels, non censentur velle se permittere baptizari, & Ecclesiasticis rebus sacramentis, nisi riliquo modo votum fuerit aperiant. Dices, ergo ex simili voluntate generali poterit homini in tali articulo constituto exhiberi absolutio sacramentalis, licet nulla signa doloris exhibeat, aut est absolutioem non proxime petierit; sequela probatur, quia ad absolutioem in tali articulo impendendam, ut habetur in Rituali Romano Paulo V. est sententia communis, non exigitur, quod expresse confiteatur, sed sufficit, quod voluntatem confitendi indicaverit; hanc autem voluntatem censetur habere omnis Catholicus non minus, quam extrema unctio.

Resp. negando paritatem, de sacramento penitentiae, & extrema unctiois, quia sacramentum illud, ut suo loco dicemus, con-

tinet iudicium, in quo Sacerdos, ut Iudex, sententiam profert, ad quod requiritur, quod accusator, vel reus causam ad iudicium detulerit, quod Iudex ex se inchoare non potest, sed ad instantiam partis; ideoque ad sacramentum penitentiae requiritur voluntas magis propinqua, & specialis, quam ad extremam Unctionem. Unde penitens debet se explicite accusare, quando potest, quando autem adest impotentia, in articulo mortis, debet saltem officio Iudicis implorare, ostendendo voluntatem confitendi; per hoc enim iam inchoat iudicium eo modo, quo potest; & in hoc consistit discrimen penitentiae a sacramento extremae unctiois, & aliis similibus, ad quorum valorem sufficeret voluntas interna, etiam si exterius non iudicaretur, ut bene dicitur Card. de Lugo disp. 9. de sacramentis sec. 7.

120 Hic tamen advertendum est, quod jam diximus disp. precedent. de sacramentis in communi q. 7. art. 2. n. 284. & 285. discrimen esse inter intentionem requisitam in Ministro, & in suscipiente sacramenti; etenim in isto sufficit sola intentio habitualis, id est, voluntas praeterita sacramenti suscipiendi non revocata, etiam si non sit causa ponendi sacramentum, in illo autem requiritur ad minus intentio virtualis, quae sit causa operationis sacramentalis, quia in Ministro requiritur intentio, quae faciat illum operari nomine Christi, ad quod oportet operari ex tali intentione; quae ratio non procedit de suscipiente. Ex his tandem deducitur, esse omnino falsum, & chimericum, quod dixit Brancatus disp. 14. ar. 2. n. 18. quod etiam repetit n. 23. in fine articuli, quod baptismus datus non licet sit verus baptismus, & proprie sacramentum, licet non ligans, seu imprimens characterem, ideoque teneretur iterum ad baptismum; unde infert, quod si de baptismo non ligante sit sermo, nulla profertur requiritur voluntas positiva, aut negativa, quod etiam assertus de baptismo iterato, quem dicit, esse verum baptismum, & proprie sacramentum, quia nihil deficit ad ejus veritatem, sed non est sacramentum ligans, sed imprimens characterem.

121 Hoc, inquam, est omnino falsum, & haec non inaudium in scholis, quia omnes requirunt in adulto ratione praesente aliquid dispositionem ad validitatem, & veritatem sacramenti, adeo quod si sit indispositus, & omnino nolens, non solum dicitur, quod non recipit characterem, sed etiam quod omnino nullum est sacramentum, quia consensus est, & illa volitio se tenet ex parte materiae remota, sine qua non sufficit materia proxima, materia remota baptismi respectu adulti est homo adultus consentiens; Et plane distinctio illa de baptismo ligante, seu imprimente characterem, & non imprimente, non est symboli sensibile imprimens in anima characterem collativum gratiae regenerativae, unde quamvis baptismus separari possit eo effectu gratiae, non tamen ab impressione characteris, siquidem eo ipso, quod dicitur verus baptismus, est etiam characteris impressivus, & si characterem non imprimitur, signum est, Ministri non consecravit sacramentum, & quidem hoc omnes de baptismo iterato sententur, quod si Minister rebaptizet jam ante baptizatum, nihil omnino ageret, neque sacramentum consecraret, sed facilegium committeret; illa ergo distinctio de vero baptismo imprimente characterem, & non imprimente, omnino implicat, quia si non imprimitur characterem, nullum conficitur sacramentum, ut omnes dicunt de baptismo iterato. Hinc optime dicit Becanus c. 11. de sacram. in specie 2. quod ad consequendum characterem non requiritur alia dispositio in adultis, quam quae requiritur ad valorem baptismi, nempe voluntas suscipiendi baptismum, quia baptismus, inquit, non potest esse validus, quin conferat characterem; & hanc enim de causa iterari non potest, atque ideo non requiritur major dispositio ad characterem, quam ad valorem sacramenti.

ARTICULUS SECUNDUS.

Quae dispositio recipiens requiratur in adultis ad effectum baptismi consequendum, scilicet, gratiam.

122 Am ab initio quaestiois baptismum distinctivum ab effectu ipsius; baptismus enim est ipsum symbolum sensibile, imprimens in anima characterem collativum gratiae regenerativae; effectus vero est ipsa gratia regenerativa cum remissione totius culpa; & poena; quamvis enim character quoque sit baptismi effectus, is tamen sequitur substantiam sacramenti, ejuque valorem necessario, ut modo contra Brancatum dicebamus, non autem efficaciam; proindeque quotiescunque facta mentem est validi, characterem imprimit, alioquin reiterari potest. Unde baptismus potest separari a suo effectu principali, qui est gratia, eius efficaciam sequente, quia potest quis accipere eam dispositione sufficiente ad baptismum, ejuque valorem, & non ad effectum baptismi, qui est gratia; & hoc respectu adultorum, quia respectu parvulorum eadem est dispositio ad validitatem, acque ad effectum baptismi; vel potius nulla talis requiritur dispositio, sed sufficit capacitas physica, ut ait Doct. disp. 4. q. 4. & docet Trid. sess. 7. c. 13. & 14. quia parvuli sunt incapaces dispositionis moralis; & idem est iudicium de adultis amebibus, & perpetuo furiosis, nam neque in his aliqua requiritur dispositio moralis ad baptismum, vel eius effectum. In hac igitur quaestione sermo est de adultis ratione utentibus, & de dispo-

dispositione morali in eis requisita ad receptionem effectus sacramenti, qui est gratia, quae paucis, sed praeagnantibus verbis resolvit Doct. 4. dist. 4. ab initio s. Resp. ubi infra A. loquens de fide, & incapaci effectus baptismi, nempe justificationis, quae fit per gratiam, habet haec verba; Alio modo potest aliquis esse fideus ostendendo, se esse dispositum ad sacramentum, & tamen non est dispositus ingredi, vel quia non habet rectam fidem, vel quia habet aliquid peccati mortale tunc in actu, vel praeteriti, quo nullo modo atteritur, vel ceterum; haec Doct. ibi ex quibus verbis clare deducitur, quae dispositio, de mente ejus requiritur in adultis ad recipiendum baptismi sacramentum, & ejus effectum, scilicet, gratiam.

123 Primum itaque exigitur fides ex Scot. loc. cit. ut constat ex illo Matul. docet omnes gentes, qui crediderit, & baptizatus fuerit, &c. & sufficit, quod haec fides sit actualis, nec necessaria est habitualis, nam ante justificationem in baptismum receptam non datur in recipiente fides habitualis, simul enim datur in effectu baptismi, ut in virtute Theologiae; fides ergo, quae est dispositio ad fidem habituale, actualis esse debet, quia accessit dispositio congrua ad justificationem, quae per habitum sit infusus, ut dicitur est lib. 2. disp. de Justificatione; Et non solum requiritur fides simpliciter de veritate Christianae Religionis, sed etiam fides explicita de praecipuis fidei mysteriis, quorum c. paces sunt Carthecumum, ad minimum autem de Trinitate, Incarnatione, & aeterna vita; ut dicitur est lib. 3. disp. de fide, quae de causa praemitti solet idonea Cathecumum nolentem ante baptismum instructum; notant namque Diana part. 5. ar. 3. resol. 20. & alii Summistae, quod urgente mortis periculo, ut in naufragio, vel similibus, potest, ac debet suscipi, & praeteri baptismum cum instructione tunc possibile, Ex quo etiam deducitur, hanc fidem esse debere supernaturalem, ut inquit Scot. 4. dist. 23. q. 1. n. 1. quia est de obiecto supernaturali, tunc quia est principium supernaturalium, fit enim Spiritus sancti adiutorio, ut docet Tridentinum sess. 6. can. 3. tunc tandem quia fides illa ad justificationem, & gratiam disponit, ideoque supernaturalis esse debet, & donum a Deo datum; & quidem hominem ex naturalibus actibus potest se ad gratiam disponere, & justificationem, sicut Semipelagianorum error; & hanc autem omnia dependent ex superioribus dicitur lib. 3. disp. 6. de fide, ubi qu. 6. e. igitur de assensu fidei supernaturalitate, & q. 16. ubi declarat, quorum obiectorum fides explicita sit necessaria ad salutem adultorum.

124 Secundo, si contingeret, hominem adultum ad baptismum accedere sine peccato mortali cum solo originali, quavis non esset illi necessaria penitentia aliqua ad recipiendum effectum sacramenti, id est, justificationem, & gratiam; adhuc tamen non sufficeret illa dispositio, quae est necessaria ad veritatem sacramenti, hoc est, voluntas suscipiendi baptismum, & facienda, quod facit Ecclesiae, de qua in praecedenti articulo, sed si fide iam explicita requireretur voluntas, ac propositum profuturum, & servandi legem Christi; Ratio est, quia penitentia est de peccatis commissis ab ipso penitente, & ideo est adultus ille propria voluntate non peccaverit, ex hypothesi, quod cum solo originali ad baptismum accedat non requiritur in ipso penitentia, & deest statio peccatorum, quando suscipitur est baptismum, sed sufficit propositum servandi legem, & obediendi Deo, cui voluntate suscipiendi baptismum, & fide; & ratio est, quia Deus non iustificat adultum, nisi consentierit, ut constat ex dictis art. preced. & sicut in eo, qui peccavit, requiritur in prioribus vitae detestatio, & propositum recte vivendi in futurum; aliqua voluntatis conversio ad Deum, vel saltem ad obedientiam eius, vel obsequium mandatorum ipsius, & propositum non peccandi in futurum, quia haec non exigitur tantum ratione peccati commissi, sed per se ad instruemdam novam vitam, & convenienter apprehendam ipsam iustitiam passim dicitur Recentiores, Suarez, Nugnus, Averis, Henricus, Arctinus, Surianus, Bonacina, & alii communiter; Quod autem casus iste sit possibilis, ut homo in adulta aetate constitutus peccatorum originis tantum habeat, ex eo patet, quia opus non est, ut haec aetate adulta adveniente, vel justificationem accipiat, vel in peccato in actuale mortificum probatur, ut iam contra Thomistas ostendimus lib. 2. disp. 4. q. 4. & late probat Vasquez disp. 1. ar. 1. nu. 2. & fultus p. 2. disp. 149. cap. 2. Et quia cum peccato originali potest adultus ille aliquod veniale habere annexum sine ullo mortali, addendum est, quod neque in tali casu pro dispositione ad baptismum recipiendum requiritur penitentia venialis, quia nempe sola venialia non impediunt receptionem gratiae iustificantis, & remissionem mortali, ut notat Averis q. 68. sect. 5.

125 Tertio in adultis qui cum peccato originali aliquod mortale coniunctum habent, necessaria est aliqua penitentia, ac dispositio peccatorum commissorum, ita colligitur ex Doct. loc. cit. & est de fide, ut expressum est Actorem 2. penitentiam agere, & baptizari unusquisque vestri in remissione peccatorum, & haec necessaria est obligatio penitentiae ante baptismum ad dignam, & salutarem eius susceptionem definita fuit in Concil. Charraginensi q. 4. c. 85. & nuper in Trid. sess. 6. c. 6. de Justificatione, ubi dicitur peccatores disponi per eam penitentiam, quae ante baptismum agi oportet, &

eadem est frequens doctrina Patrum, Neque obstat auctoritas Augustini lib. 1. vera, & falsa penitentia cap. 8. ubi inquit, quod penitentia non est necessaria baptizandis, sed baptizatis, per hoc enim solum innuere voluit, baptizandis non esse necessariam penitentiam, quando non habent mortale peccatum cum originali coniunctum; ut supra dictum est; quando autem illud habent, declarat, necessariam esse penitentiam dicens paulo infra, sine penitentia nulli profuit baptismus, qui peccatoris, & propterea Carthecumenos doceri, ut penitentem.

126 Quarto, dubium est, an haec penitentia debeat esse positiva, vel sola negativa sufficiat, id est, ut homo non habeat complacentiam suorum peccatorum, & voluntatem perseverandi in illis; Et hoc secundum tributur Cajetano cap. 3. ubi inquit, ac etiam Doct. nostro 4. dist. 14. q. 4. s. quantum ad 3. sub lit. D. ubi ait, non requiritur, nisi voluntariam susceptionem baptismi sine fictione, hoc est, cum intentione suscipiendi, quod confert Ecclesiae, & sine actu, vel voluntate peccati mortalis, quod confert feritur videatur exigere aliquem motum voluntatis in displicentiam peccatorum, dicitur, sibi loqui de sacramento penitentiae, in quo aliquid majus requiritur. Sed optime ab hac calumnia Scotum vindicant Vega lib. 9. in Trident. c. 5. & lib. 1. c. 6. 3. & 34. Cordua lib. 1. Theol. qu. 2. Suarez disp. 28. sect. 1. concl. 2. & Vasq. rom. 1. in 3. par. disp. 1. s. 6. c. 1. ubi ait, Scotum nunquam dixisse posse confectum, sed posse fieri absque dolore propter Deum, id est, absque contritione, supposita tamen attritione, quae sicut sufficit ad validitatem penitentiae, ita sufficere potest ad validitatem baptismi; Et quidem si attendit Doct. legatur dist. 4. qu. 5. s. respondeo, ubi de hac re agit ex professo, plane agnovit actum penitentiae, & displicentiae de peccatis ad consequendam peccatorum remissionem, etiam in sacramento; expresse enim dicit, sic accedere ad recipiendum baptismum effectum, qui accedit cum peccato mortali, vel actu praesente, vel praeterito, de quo nullo modo vel atteritur, vel ceterum. Neque contractum docuit dist. 14. cit. nam etiam ibi in peccatore ad baptismum accedente semper requiritur ad consequendum sacramenti effectum, quod non sit in actu, vel voluntate peccatum mortale, sed quamvis peccatum prius commissum non displicet, potest saltem dici esse in voluntate, quamvis non sit in actu; & solum intendit non requiri talem, & tam perfectam penitentiam, sicut extra sacramentum; & expresse exigit ibi quemdam attritionis motum, inferioris tamen illi actu, quo homo iustificari debet extra sacramentum, quem etiam vocat attritionem; de quo videndus est Hiquet dist. 4. qu. 5. in Commentario n. 3. & seq. Et quidem requiritur penitentiam proprie positivam per veram, scilicet, detestationem antecedentium delictorum, & propositum amplius non peccandi, indicat appetit Conc. Trid. loc. cit. sess. 6. c. 6. ubi plures positivos actus peccatoris exposuit, quibus ad justificationem mediante penitentia disponatur; & sess. 4. c. 1. docet, penitentiam esse necessariam illis, qui volunt abluere sacramentum baptismi, & explicat, quae sit illa penitentia inquit, ut per veritatem abiectionis, & emendationem Dei offensioem cum peccati odio, & pio animi dolore detestentur. Quod si Doct. alibi aliquando dicit, absolvi gratiam baptismi recipere, qui obicem non ponit, ibi per obicem non solum intelligit peccatum actuale, aut praeteritum, quod actu placet, sed etiam eorum impenitentiam, ut notat Rada contra 4. art. 3. concl. 1.

127 Sed dices si penitentia requiritur, ergo baptismus non iustificat ex opere operato; consequentia praeter, quia ablato actu penitendi non habetur iustificatio, aliud enim non est iustificari ex opere operato, nisi non requiri opus operantis.

Constat, quia aliquid esse debet discrimen inter dispositionem, nempe requisitam extra sacramentum, & in sacramento, minor enim sufficit in sacramento, quod iustificat ex opere operato, ergo cum dispositio extra sacramentum requisita ad justificationem positiva esse debeat, sufficit in sacramento negativa.

Resp. si haec difficultas urgeret, faceret etiam pro sacramento penitentiae, quod ad consequendum iustificacionem per ipsum non requiritur actus penitentiae virtutis ex parte peccatoris, loquendo sacramentum in illud non iustificaret ex opere operato, sed operantis; ubi ergo actus penitentiae virtutis, scilicet, attritio, vel contritio, qui alius non sunt nisi detestatio, & ulium peccati ad Deum, praerequiruntur, tunc in susceptione baptismi, cum tamen penitentia, veluti dispositioes mortales ad justificationem, non vero tantumquam cause illius effectivae; neque merentur de condigno gratiam, & justificationem, quia imperfecti sunt, & ad eam in proportione, nati alioquin gratia, & donum non esset, sed sunt tantum dispositiones ad eam de congruo, ut dicitur est lib. 2. disp. 7. iustificacionem, ideoque non iustificat in actu ex opere operantis; itaque sunt quaedam dispositiones a Deo praerequisitae, ut sacramentum obicem non inveniat; obicem namque videtur homo ponere ad culpae detestacionem, si eam non detestatur, cum sacramentum ponitur, & quia actibus illis non tribuitur iustificatio, sed sacramentum, quia non sunt dispositiones, nisi de congruo, ideo sacramentum dicitur iustificare ex opere operato, non autem ex opere operantis.

Ad Constat, dicendum, verum discrimen inter dispositionem requi-



requiritur in sacramento, & extra sacramentum non esse, quod haec esse debeat positiva; & illam esse negativam sufficit; sed quod licet utraq; debeat esse positiva, tamen non oportet; in sacramento esse perfectam contritionem, sicut extra sacramentum esse debet, ut magis constat ex dicendis.

128 Quinto dicendum est, ad effectum baptismi consequendum scilicet gratiam, necessarium non esse penitentiam, quae sit vera, vel saltem putata contra itio, fed sufficere attritionem, etiā cognitam ut talem, quae nōp vel ex consideratione turpitudinis peccatorum, vel ex metu gehennae, vel ex ammissione gloriae caelestis extoritur; Ita Doct. loc. cit. 4. d. 4. q. 5. ab initio, ubi dicit, accedente ad baptismum debere esse de peccatis commissis, vel contritum, vel saltem attritum; Et est contra quā plures Theologos asserentes, ad suscipiendum baptismum perfectam contritionem praeterquiri, quae sit dolor de peccatis propter Deum summē dilectum, nec sufficere attritionem, quae sit licet, sit dolor de peccatis, vel propter turpitudinem eorum, vel propter gehennae metum, quorū tamen aliquid limitat dicendo sufficere, si quis bona fide putet se habere contritionem perfectam, cum revera non habeat nisi attritionem. Nōstra tamen conclusio communis est in Schola, quam tenent Suarez, Vasq. Coninch. Averfa, Surianus, Becanus, & alii morales Auctores tractando de baptismo, & penitentia, & probāt aliquid, ut Brancatus noster, ex Trid. sess. 6. c. 6. ubi agens de preparatione ad justificationem inquit, Deum tanquam omnis iustitia fontem diligere incipiunt, ac propterea moventur ad versus peccata per odium, ac detestationem. hoc est, per eam penitentiam, quam ante baptismum agi oportet, ubi inquit Brancatus disp. 14. ar. 3. nullū habetur verbum de cōtritione, imō dicit, odium, & detestationē sufficere; igitur contritio non est semper necessaria, sed sufficit attritio; sic etiam dicitur Centinus disp. 6. ar. 3. n. 180.

129 Verum ex hac auctoritate potius oppositum deducunt Adversarii, quia Concilium ibi describens dispositionem praeiā ad justificationem potius alios actus inquit, Deum tanquam omnis iustitia fontem diligere incipiunt, ac propterea moventur ad versus peccata per odium, ac detestationem, & ergo Concilium requirit penitentiam, quae fit ex motivo dilectionis Dei, haec autē est perfecta contritio; unde ab solute negant, nisi nullā fieri mentionem de contritione. Sed si recte haec auctoritas pōderetur, nec pro nobis facit, nec pro illis, quia Concilium ibi indefinitè loquitur de dispositione ad justificationem, & sic etiam generaliter intelligit detestationē peccati & dilectionem Dei abstractando à perfecta, & imperfecta, inferius postea sess. 14. in speciali definitur, quanam dispositio requiratur ad justificationem extra sacramentum, & quae in sacramento justificandi, unde c. 1. sessionis illius 14. loquens de penitentia indifferenter, prout contritionem, & attritionem comprehendit, dixit, necessaria fuisse omnibus hominibus etiam illis, qui sacramento baptismi abluī vellent; & c. 4. loquens de contritione inquit, fuit autem quovis tēpore haec cōtritionis motus necessarius, & in homine post baptismi lapsū, quibus verbis nō obscure indicavit, ante baptismū cōtritionis motū nō esse necessariū; Et tandem in eodē c. 4. ad comparandū iustitiam cum sacramento penitentiae significat contritionem non esse necessariam, sed attritionem sufficere; ergo multo magis sufficit in baptismo, cum facilius remittatur peccata per baptismum, quam per sacramentum penitentiae.

130 Confr. evidenti ratione, quia baptismus eo fine à Christo institutus est, ut per eum remittatur originale peccatum, & alia actualia, si ad sunt, atque ita per eum renascatur homo, & vitam accipiat spiritualem, unde dicitur primum sacramentum mortuorum: ergo ex vi institutionis hae habet conferre primam justificationis gratiam, & primò peccata delere; hanc autem non conferret nisi necessaria esset vera contritio, quia sola contritio sine sacramento sufficiens est ad hunc effectum conferendum, ut suo loco infra dicemus; atque ita frustra institutus esset baptismus, si inveniret ad eum semper justificatum, quam rationem late profecit Rada loc. cit.

Resp. frustra institutum non fuisse baptismum, quia contritio illi in effectum non confert, nisi quatenus includit votum baptismi. Sed contra, quia ut bene instat Becanus, contritio non magis includit votū baptismi, quam restitutionis, aut alterius praecipui obligantis, in enim verè contritio, qui dolet, se offendisse Deū, & habet generatim propositum servandi deinceps omnia divina praecipia occurrentia, non solum baptismi, sed etiam restitutionis, & alia omnia; sicut ergo non confert contritio conferre gratiam vi restitutionis, aut alterius praecipui, ita nec vi baptismi, quia est par ratio quantum ad hoc; ut ad huc magis explicabitur infra q. 6. ar. 2. n. 159. quod autem sensu ad huc specialius dicitur homo justificari per baptismum in voto, quā per quaequeque alia praecipia in voto, dicitur infra q. 7. ar. 2. n. 175. Deinde si ad baptismum requiritur contritio, nullum beneficium in lege gratiae fuisset hominibus altam virtute baptismi; imò peioris modis esset conditio, quam in antiqua lege; illi siquidem sola contritio iustificabatur, nunc autē in lege Evangelica praeter contritionem sacramentis indigeremus, nec contritio valeret sine sacramento. Beneficium autem, quod nos accepimus in lege Evan-

gelica ex sacramentorum institutione, est hoc, quod licet ex peccato mortali oriatur obligatio penitentiae, & talis penitentia, quae homo peccati remissionem consequatur; haec tamen obligatio post sacramentorum institutionem ad perfectam contritionem non restringitur, sicut erat in lege veteri, sed adimpleti potest per susceptionem sacramenti cum sola attritione, & hoc ad peccati remissionem sufficit, quia ratione dici solet, hominem per sacramentum susceptionem fieri ex attritio contritum, id est, adimpleti eandem obligationem, & eandem peccati remissionem consequi, quae in lege veteri soli contritionis reservata erat.

Ex qua doctrina solvitur praecipuum oppositae sententiae fundamentum, quod est; Quia ex peccato ipso suboritur obligatio perfectae penitentiae, quae non est, nisi contritio; haec autem obligatio non est extincta per institutionem baptismi; ergo peccator baptismum susceptor adhuc tenetur contriti. Solvitur, inquam, hoc fundamentum, quia licet per baptismi institutionem talis obligatio ex peccato suborta non fit totaliter ablata, est tamen mitigata, quia ubi ante in lege veteri haec obligatio ad perfectam contritionem praecise restringebatur; modo in lege Evangelica per susceptionem sacramenti cum sola attritione potest adimpleti, quia ad remissionem peccati sufficit sola attritio cum sacramento, cuius virtute homo dicitur fieri de attritio contritus. Hic vero advertendum est cum Suarez, Vasquez, & aliis, haec attritionem, quae ad fructum sacramenti est necessaria, debere esse veram, & realiter existentem, unde qui cum putata, seu existimata attritione ad baptismum accederet, sufficienter, ac necessariam remissionem non haberet, de quo videt Rada contr. 4. cit. ar. 3. in fine.

131 Dices, homo per peccatum mortale avertit se à Deo, tanquam ab ultimo fine; ergo ex natura rei hoc peccati tibi nō potest, nisi se iterum ad Deum converteret, ut ultimum finem; hoc autem non potest fieri sine amore Dei, qui includit contritionem Resp. si argumentum utget, convinceret etiam, necessariam esse contritionem ad comparandam iustitiam cum sacramento penitentiae, quod est ob fatet concedat tūm de penitentia disp. 27. c. 1. tanquam de mente Doctoris, sicut etiam ante dixerat disp. 16. c. 3. n. 69. attritionem notam non esse satis pro susceptione baptismi, sed attritionem, quae dicitur putata contritio, requiri; hoc tamen omnino fallum est, & alienum à mente Doctoris, ut offendit Centinus loc. cit. & nos infra dicemus disp. de penitentia; & pro nunc sufficiat auctoritas Tridentini superius adducta sess. 14. c. 14. ubi ad comparandam iustitiam cum sacramento penitentiae docet, contritionem non esse necessariam, sed attritionē sufficere, quod etiam ante docuit Scotus 4. disp. 14. q. 1. X. Ad argumentū itaque dicendum est, habituale avertionem, de qua hic est sermo, & quae proprie tollitur per baptismum actualis enim non tollitur per baptismum, sed potius eius effectum impedit, sufficere tolli per habituale conversionem ad Deum, quae habetur per gratiā. Imò loquendo etiam de conversione actuali, quis actu proprio voluntatis homo creaturam negligit, & deum vult, potest dari haec conversio in Deum absque contritione, sed sola attritione; quod evidenter colligitur ex Trid. sess. 6. cap. 6. ubi loquens de dispositione ad justificationem sic loquitur; & dicit peccatores esse in intelligentes à divina iustitia timore utiliter cōvertuntur, ad cōsiderandum Dei misericordiam se cōvertent, illi tunc tanquam omnis iustitia fontem diligere incipiunt, ac propterea moventur ad versus peccata per odium aliquod, & detestationem; Haec sunt verba Concilii, quibus expressè duplex ad Deum conversio innuitur, una per eius dilectionem, quae est contritio, alia per detestationem, & odium peccati timore iustitiae, & haec est attritio.

132 Sexto tandem ad explicandum ulterius, quia is esse debet haec interior penitentia, quae sit, an haec penitentia debet esse supernaturalis, & ex supernaturali motivo, vel humano, quae sit, quae etiam pure naturalis, & ex motu merē humano; Hoc secundum affirmat Scot. lib. 2. de natura, & gratia c. 15. Cano. de penite. c. 3. & alii quibus scribit Aretinus disp. 4. q. 4. ar. 3. & Rada iudicat probabiliter contr. 4. ar. 3. in fine, licet probabiliter censet oppositum. Fundamentum est, quia ut sic dispositus non ponit obicem sacramento in ordine ad gratiam, quia non habet voluntatem alicui peccato adherentem, nam talis actus sufficit ad excludendum complacentiam, & voluntatem peccandi; ad sacramentum dat gratiam non ponenti obicem. Constat tamen quia minor dispositio requiritur ad gratiam cum baptismo, quam cum penitentia, ut Trid. significat sess. 16. c. 1. ubi ait, haec de causa sacramentum penitentiae à Patribus appellari magis laboriosum, quam baptismum, quia major dolor requiritur in eo, quam in baptismo; sed in sacramento penitentiae, sufficit attritio supernaturalis; ergo in baptismo sufficit naturalis. Quod autem in hanc sententiam traxit quoddam etiam ex nostris, est famosus Scoti locus 4. disp. 14. q. 2. M. ubi expressè docere videtur, hominē ex naturalibus habere posse attritionem moraliter circumstantiam omnibus circumstantiis, & per hanc disponi ad sacramentum penitentiae; verba Doct. sunt; peccator in peccatis existens potest ex naturalibus cum communi influenza considerate peccatum commissum, ut offensivum Dei, & ut contra legem divinam, ut averivum à Deo,

à Deo ut impeditivum praemii, & inductivum supplicii, & illud detestari sub alio istam rationem; & paulo post inquit, quod idē motus dicitur attritio, & meritum de congruo ad delationem peccati mortalis; si ergo talis actus pro dispositione ad sacramentum penitentiae inservire potest, quod est magis laboriosum, tanto magis ad sacramentum baptismi.

133 Communis tamen, & longè verior sententia oppositum docet, nempe pro dispositione ad baptismum suscipiendum requiri eam penitentiam, quae sit actus supernaturalis, nempe ex viribus gratiae, & motivo aliquo supernaturali elicitus, quae etiam, paucis quibuslibet exceptis, communis est in schola nostra, & ex illo principio generali deducitur, quod tradi solet in materia de gratia, & justificatione contra Semipelagianorum errorem non posse hominem naturae viribus se ad gratiā preparare, atque disponere, nec proficere quemcumque modum, nisi ex auxilio gratiae, & motivo fidei elicitum, quod expressè sic in generali decrevit Concil. Trid. sess. 6. de justificatione c. 3. Si quis dixerit, sine inspiratione, & adiutorio Sp. S. hominem credere, sperare, diligere, aut penitere posse, sicut oportet, nisi ei iustificationis gratia conferatur, anathema sit; Ac etiam expressè deducitur ex pluribus Sacrae Scripturae testimoniis, necessitatem penitentiae supernaturalis ad gratiam consequendam significari; quas in casum exponere vel potius exordire conatur Aretinus loc. cit. dicens, illas interpretari potius, necessitatem esse penitentiam supernaturalem ad gratiam, & peccatorum remissionem consequendam, si eam non suppleat sacramentum, vel qualescumque sic suppleat; Haec inquam, expositio prorsus vana est, quia principium illud, quod homo naturae viribus non potest se ad gratiam sufficienter disponere, ac preparare, prout affumitur, & explicatur à Concilio Trid. sess. 6. c. 14. pluribus in locis univoce saltem intelligitur, non solum ad consequendam gratiam iustificationis extra sacramentum, sed etiam per factum amentum, sicut semper exigitur ipsa fides ordinis supernaturalis.

134 Neque haec catholice, & orthodoxum principium negavit etiam quod dicit, ut ei qui plures imponunt, parum in eius lectione versati, imò nō frequentius inculcat; quam ad verè, & fructuose penitentiam requiri auxilium gratiae Deum in 1. d. 44. q. 1. ubi dicit, ad vertendum tamen, si ubi ait, omnem peccatorem, dum est in via posse esse non peccatorem, quia potest Deum eum sua gratia praevenerit; & 2. d. 7. q. 1. ubi dicit, secundum hoc ergo, dicitur, gratia specialiter requiri ad bonam voluntatem, & in eo consistere obstinationem reproborum Angelorum, quod Deus eos deserat, & nolit eis dare illam gratiam bene volendi; & peccato resiliendi; quam gratiam, quia paratus est dare homini peccatori, quāvis id est in via, ideò eam docet, posse fieri penitere pro statu isto, & ad 2. d. 20. q. 1. cum fructuosa penitentia opus sit non hominis, sed Dei, posse Deum, quando occurrere vult, sua misericordia illam inspirare; & d. 2. q. 1. ubi dicit, in fine, ait, Deum propter meritum mortificata dare gratiam ad citius resiliendum à peccato. Tandem alibi sepe docet, non posse creaturam intellectualem sibi relictam disponere se ad formam supernaturalem, ut patet 2. d. 9. q. 7. ubi dicit, quatuor articulum, quod in particulari affirmat de fide infusa quol. 14. ar. 1. & de charitate infusa q. 10. ar. 1.

135 Neque oppositum docere voluit loc. cit. 4. d. 14. q. 2. lit. M. nam explicans ibi, quomodo homo ex parvis naturalibus cum communi influenza attritionem concipere possit, quae accedente sacramento penitentiae fiat contritio, sitque proxima dispositio ad justificationem, ait; posse hominem ex naturalibus cum communi influenza considerare peccatum commissum, ut offensivum Dei, & ut contra legem divinam, & ut averivum à Deo, ut inducitur per se, & impeditivum praemii; atque iuxta eius doctrinam q. 1. Prologi homo non fecit praemia, & supplicia aeterna nisi per supernaturale lumen fidei; neque, scilicet, ad veram, & fructuosam ad penitentiam peccatum detestari debere, inquantum est Dei offensivum, vel averivum à Deo; ergo Doct. in 4. d. 14. cit. per naturalia non excludit auxilium supernaturale; Ut autem intelligatur praesens, & modus loquendi Doct. & ibi recolendus est locus modo citat. quol. 14. ar. 1. ubi docens, non posse hominem sibi relictum disponere se ad fidem infusam, sic loquitur; seu ultra istam fidem acquisitam habemus fidem infusam. & ad istam habendam licet possit homo ex naturalibus se disponere, non tamen ex naturalibus intrinsecis, nec etiam concurrentibus quibuscumque causis naturaliter motus intellectus ad eam potest attingere, quia illam solum Deus infundit; Et hoc itaq; loco constat, quo sensu dixerit in 4. d. 14. q. 2. posse hominem ex naturalibus ad gratiam se disponere; intelligitur enim, ut ipse hic exponit non de naturalibus intrinsecis, sed de naturae viribus sibi relictis, sed extrinsecis motis, & aditus à Deo, tunc quae gratia auctore; talia enim gratiae auxilia indicare voluit, ut dixit ex naturalibus cum communi, hoc est, quod ex auxilio generali, quo vocantur omnes homines, & sufficienti, quod datur omnibus viatoribus, quantum ex Deo est; unde, nomine influentiae generalis non intelligit concursum generalem ordinis naturae omnibus causis secundum communem, sed influentiam generalem ordinis gratiae auxiliorum sufficientium, quae sunt omnibus communia ad differentiam specialium, & efficaciam, quae praedestinatū dari solet; Meld. in Quart. Sentent.

& ita passim Scotum exponunt Nostrates, Faber tom. de penitentia disp. 14. cap. 2. Vulpes tom. 2. 1. part. disp. 38. ar. 7. & disp. 45. ar. 2. Centinus disp. 6. cit. de baptismo cap. 3. ar. 3. in fine. Vega q. 11. de justificatione. Smilinch tract. 3. disp. 6. de Providentia Dei q. 6. n. 324. Hicbarbes tom. 2. in 4. d. 14. disp. 6. sect. 14. Brancatus disp. 14. de baptismo ar. 3. in fine; & in hunc sensum Scotum intelligunt, nedum Recentiores Scotistas, fed etiam Antiquiores. Delphinus pag. de justificatione, Licherus 1. d. 17. q. 2. Tatarcus 4. d. 14. q. 2. pag. 224. col. 1. & alii passim, Sed de hoc rursus ex professo dicemus infra disp. 5. quaest. 4.

136 Rationem etiam probati solet haec sententia, quod attritio in adultis requisita ad suscipiendum baptismum debet esse supernaturalis, ex illo principio, quod inter dispositionē, & formam introducendam debet esse proportio, quare cū gratia sit supernaturalis forma, attritio etiam debet esse supernaturalis, ut sit sufficiens dispositio ad eam. Sed quāvis haec ratio sit satis familiaris, & frequēs in hac sententia; non tamen nihil videretur satis efficax; quia posset quis occurrere ex doctrina Scoti d. 1. quaest. 5. hanc rigorosam proportionem utiq; esse debere inter formam, & dispositionem proximam, non tamen inter dispositionē remotam, qualis est attritio respectu gratiae. Alia ratione probat Brancatus ar. 3. cit. concl. 8. quia si ea attritio esset naturalis, nihil esset in tali actu, ad quod sperandum esset aliquid necessarium supra naturam; ergo debet esse supernaturalis; consequentia patet, etenim enim datur auxilium supernaturale in intellectu, & voluntate ad aliquid actu faciendum, quia adest aliquid superandum; vel ex parte motivi, vel principii, vel circumstantiarum, quod à natura non potest superari. Sed huic rationi obstat argumentum, quo utitur Doct. d. 17. quaest. 2. & quol. 17. ar. 3. ad probandum actum fidei infusam, & dilectionem Dei supernaturalem, id est, ex gratia elicitam, esse supernaturalis tantum secundum modum, quia quoad substantiam sibi ejusdem omnino rationis, & speciei cum actu credendi, & diligendi naturali, & ex viribus naturae elicitis; alioquin si essent aliter rationis, adeo quod ex propriis viribus homo non posset tales actus, quoad substantiam attingere, posset cognoscere, se esse in gratia, ex promptitudine, scilicet, & facilitate, quae in se ipso exprimeretur, credendo, & diligendo Deum; atque ita in proposito ex facilitate, vel difficultate superanda posset quis dignoscere, an dolor de peccatis conceptus sit naturalis, vel supernaturalis, quod concedendum non est, ut diximus lib. 3. disp. 6. q. 6. c. 7. quae propter hoc assertum melius probari nequit, quā auctoritatibus Scripturae, Patrum, & Conciliorum, ex quibus vim facere potest prima ratio desumpta, ex proportione dispositionis ad formam.

137 Ad fundamentum oppositae sententiae positum sub nu. 132. respondetur, requiri talem actum attritionis ad suscipiendum gratiam in baptismo, quo excludatur complacentia, & peccandi voluntas, per modum dispositionis sufficientis ad justificationem; quam proportionem non habet, nisi actus supernaturalis, ut decrevit Trid. loc. cit. Ad confirmationem concedo, in minorē dispositionem requiri ad gratiam cum baptismo, quā cum penitentia; & ad consequendam plenam remissionem; sed minoritas ista non consistit in eo, quod in baptismo sufficiat attritio naturalis, ubi in sacramento penitentiae exigitur supernaturalis, sed in hoc, quod illa, quae in baptismo sufficit ad delendam culpam, simul etiam sufficit ad remittendam totam penam, quae in Sacramento penitentiae non contingit, in quo licet deleatur culpa, adhuc tamen remanet necessitate penitentiae, aut satisfactio pro peccatis, neque; permutati pena aeterna in temporalem, quia gratia, & merito Christi ita in baptismo omnia nobis remittuntur, ut nec pena, nec culpa à nobis luenda remaneat, sed deus genit abique dolo, & macula in novam vitam intantum juxta illud Apostoli ad Hebr. 6. Confessuli sumus cum Christo, & paravit nobis vitam novam.

QUESTIO SEXTA.

An baptismus sine debita dispositione susceptus conferat suos effectus, saltem postea, homine se disponente.

138 Olet haec quaestio proponi sub alio titulo, an baptismus suum producat effectum, precedente fisione, & ita proponitur à Scoto 4. d. 4. q. 5. & aliis antiquioribus; & fictio hic non sumitur pro ea, quae excludat intentionem suscipiendi sacramentum, quo pacto baptismus nō esset validus, sed solum pro indispotione effectum baptismi impediendo, quando alias sacramentum est validum, sumpto nomine ex Sapientia 1. Spiritus Sanctus disciplina effugiet fisionem, & difficultas non est de charitate; hic quidem imprimitur semper in anima, nec ulla suspicientis indispotione impeditur potest, quando cumque sacramentum est validum, sed est de gratia justificante, & remissione peccatorum, & aliis effectibus hinc dependentibus; Unde procedit difficultas, quando sacramentū integrum suscipitur quoad essentialia, tamen sine effectu ob indispotione suscipientis, quia nō accedit legitime dispositio, & ideò effectum ejus non recipit; an in eo casu sublatō obice



& accedente dispositione, quam suscipiens omnia sacramenta gratiam producat.

139 Et quamvis aliqui voluerint, ut Canus in relectione de Pena par. 3. hominem bona fide ad baptismum accedentem, putando, se esse de ipso, quamvis revera debita dispositione careat, adhuc totum ejus effectum recipere, & tunc solum baptismum suo effectum frustrari, quando sciens, & culpabiliter ab homine indispotito suscipitur, satis tamen constat ex dictis quest. pres. art. 2. baptismum sine debita dispositione susceptum non conferre tunc gratiam cum aliis effectibus consequentibus, & attritionem, quam diximus, esse necessariam dispositionem pro legitima baptismi susceptione, debere esse veram, ac resister existentem; ideoque sufficientem, ac necessariam dispositionem minimè habere, qui cum putata, seu existimata attritione ad baptismi sacramentum accedit, & ratio est, quia necessitas hujus dispositionis non est tantum præcepti, oriens ex obligatione, sed etiam mediis oriens ex ratione ipsa justificationis, & institutione Dei, sed in his, quæ ad salutem sunt necessaria necessitate mediis, non sufficit ad salutem existimatio, si revera non exhibeatur, quod enim prodest, quod quis existimet, se absolvi à sacerdote, si revera ille non est sacerdos; ergo non prodest existimatio attritionis, si in re non existat, quia ad hunc effectum non videtur minis necessaria attritio in ordine ad baptismum, quàm contritio in ordine ad remissionem peccatorum actualium extra sacramentum; quare etiam homo in tali casu sua bona fide exequatur à transgressione præcepti, & nova culpa ob igno- rantiam invincibilem, tamen ex defectu mediis necessariis non justificatur, ut notat Rada contra 4. art. 3. in fine.

140 Itaque obex gratia duplex esse potest, primus quasi negativus tunc quis ad sacramentum indispotus accedit, hoc tamen invincibiliter ignorat, & ideo non peccat, licet ob defectu dispositionis requiritur effectum sacramenti non recipiat; Alter est omnino positivus, v. g. quando quis actualiter peccat in ipsa sacramenti susceptione, ut si sciens, se esse in peccato mortali sacramentum suscipit. Vel loquendo juxta præsum antiquorum, fictio, quæ effectum sacramenti impedit, duplex esse potest; una sine peccato, quæ tunc accidit, quando quis absque idonea dispositione ad baptismum accedit bona fide, credens, se esse sufficienter dispositum, vel putans, hanc non esse necessariam; altera cum peccato, & tunc accidit quando quis sciens, se esse in peccato mortali absque debita dispositione; doloris de fuis peccatis ad sacramentum accedit, vel cum complacentia aliquibus peccatis mortaliis distinctis, de quo nolum habet dolorem, sed potius complacentiam; ut puta si quis accedens ad baptismum habet septem peccata mortalia, & de sex habet attritionem, vel contritionem de septimo nequaquam, quia v. g. est in Concubinato, nec vult concubinam dimittere, quod est exemplum à Doctore latum loc. cit. & juxta hanc distinctionem resolvenda est proposita questio, licet Doctor non loquatur, nisi de fictione secundi generis, quia ratione dicit cum Augustino, sine vera penitentia tolli non posse.

ARTICULUS PRIMUS.

Dei dicitur Questio.

141 Primò dicendum est, si baptismus fuerit susceptus cum primo obice negativo, vel cum prima fictione, quæ est sine peccato, sortiri postea suum effectum in tali homine se disponente per solam attritionem, nimirum tunc gratia infundi & peccati originalia remitti, nec non & peccata omnia tam mortalia, quàm venialia baptismum antecedentis, & condonari debitam penam, & quidem hoc totum haberi virtute baptismi præteriti; quamvis enim, quando obex, & fictio remouetur per sufficientem dispositionem, jam re ipsa non sit baptismus, sed transiverit; hoc tamen minimè obsistat, quia talis effectus principaliter pendet à Deo, & pendet à baptismo effectivè, tunc ab instrumento mortali, quod potest moraliter operari, etiam si physicè non sit præsens. In hac conclusione omnes ferè conveniunt, quod quando obex est tantum negativus, sola sufficiat attritio, licet enim Divus Aug. mox citandus dicat, non sufficere, non loquitur in hoc casu, sed de obice positivo, ut ex ejus verbis patet, imò de eo casu tantum disputat Antiqui, quare non est mirum, si non dixerint, attritionem sufficere. Ratio est, quia in eo qui sic accedit ad baptismum sine actuali peccato, sufficienter tollitur fictio per solam attritionem, si post susceptum baptismum non peccavit mortaliter; ergo jam relinquuntur loci baptismi, ut suam possit producere effectum; Consequenter patet, quia in tali casu non opus est sacramento penitentis, cum supponamus omnia peccata ante baptismum esse perpetrata; assumptum probatur, quia merito sufficiens est dispositio in ipso baptismum, ut constat ex quest. præced. ergo etiam post baptismum, si nullum interea accesserit peccati impedimentum, tunc quia fictio, de qua agimus, in sola carteria dispositionis consistit; ergo postea dispositio tollitur fictio, in casu nostro non opus est alia dispositione, quàm attritione, ergo hac posita tolluntur omnia peccata vi solius baptismi.

142 Secundo dicendum est, quod si baptismus sacramentum fuerit susceptum cum obice positivo, & cum secunda fictione, quæ est cum peccato, tunc necessaria est contritio, vel attritio simul cum sacramento penitentis, ad tollendam talem fictionem, & ad hoc ut baptismi sacram. suum producat effectum. Hæc etiam conclusio est ferè communis, paucis quibusdam exceptis, qui dicunt, hominem in tali casu gratiam posse recipere virtute nove contritionis, vel sacramenti penitentis, non autem prioris baptismi; Fundamentum præcipuum est auctoritas D. Aug. lib. 1. de baptismo contra Donatistas c. 12. & lib. 2. c. 13. & lib. 6. cap. 5. quæ inserta est in iure his verbis. Tunc valere incipit ad salutem baptismus, cum illa fictio veraci confessione recesserit, quæ a corde in malitia, vel sacrilegio perseverantia peccatorum ablutionem non sinebat fieri, ita habetur de consecrat. d. 4. cap. 42. quam auctoritatem Scotus adducit ab initio questionis citæ, & licet in calce questionis in tercio dicendi modo ab ipso adducto pro solutione huius difficultatis ita em explicet, ut solum in ratione nove penitentis, & contritionis valere incipiat baptismus ad salutem, & intantum valere dicitur, non quod ipse peccata jam commissa remittat recedente fictione; sed quia ad impletum præceptum, quæ adimpleto ipsi non valet ad salutem, nisi per penitentiam, & sit filius regni, & amplius non allegatur præcepto baptismi, ac etiam quia reddit tubicatum capax, & dispositum in respectu penitentis, per quam remittuntur, & dependet hoc sensu remissio peccatorum à baptismo etiam in fictione suscepto. Quamvis inquam, sic explicet Doct. Aug. verba in illo tercio dicendi modo, quia tamen primus ab eo assignatus est communior, & probabilior, ac etiam magis ad hæret. ubi notant Aretius Bassolius, Faber, Centinus, & alii Scotistas, illa explicatio non est omnino ad mittenda, esto eam approbet quos; Vasq. d. 1. 59. c. 4. quia si bene perpendatur, Aug. verba loc. cit. conceptis, & prægnantibus verbis significat, baptismum recedente fictione valere etiam ad remittenda peccata præcedentia, & conferendam justificationis gratiam; ut late ostendit Coninch. q. 62. art. 1. d. 5. & Lugo d. 9. de Sacramento in communi sec. 3. & alii Recentiores passim. Tunc quia eo modo, quo explicat Doct. in illo tercio dicendi modo, valet Baptismus etiam ex tunc, quando indigne susceptus fuit, tunc enim impletum fuit baptismi præceptum, & subiectum redditum fuit capax aliquo sacramentorum, & respectu penitentis dispositum; ac Aug. loc. cit. dicit, baptismum tunc incipere valere ad salutem, quando homo postea disponit, & recedit fictio, quod planè alteri intelligi non potest, nisi quia tunc confert salutatem suam effectum.

143 Quia etiam ratione neque valet aliorum expostio, quod August. intelligat tunc baptismum valere solum ad remittendum totum reatum penæ, quod non potest penitentia, supponendo, remissionem culpæ fieri per actum perfectæ contritionis, vel attritionis cum sacramento penitentis; ita ut baptismus deserviat solum ad plenam remissionem penæ, non vero ad remissionem culpæ vel infirmitatem gratiæ, quam etiam expostio non approbat Vasq. loc. cit. Non inquam, hæc expostio admitti debet, quia Aug. non solum ad scribit baptismum præterito remissionem penæ temporali, sed etiam salutem, remissionem peccatorum, & vitam, & absolute docet, valere ad salutem, & remissionem peccatorum; & ita absolute debet intelligi de collatione gratiæ, & remissionem culpæ, enim loquitur lib. 1. de baptismo cap. 12. non iterum baptizandus est, quia ipsa reconciliatione, & pace præstat, ut ad remissionem peccatorum eius jam prodesse incipiat sacramentum, quod acceptum in schismate prodesse non poterat. Et l. 3. c. 13. Tunc incipit valere idem baptismus ad dimittenda peccata, cum ad Ecclesiam pacem venerint. Et l. 6. c. 5. Et ideo si ab illa per veritatem correptus venerit ad catholicam pacem, sub eodem baptismo, quod acceperat, etiam peccata dimittuntur. Ita August. loc. cit. quibus verbis ostendit, quod baptismum recedente fictione postea conferre non solum penæ temporali remissionem, sed salutem animæ, hoc est, vitam.

144 Deinde probatur ratione, quia baptismus debet aliquando suum effectum habere, si tollatur obex fictionis, aut impedimenti, aliàs non possent peccata ante baptismum sicè susceptum commissa per se unquam deleri; non enim deleri possunt per penitentiam per se non respicit, tanquam proprium obiectum, nisi peccata post baptismum commissa, aut que committuntur in ipsa baptismi susceptione, ut omnes fatentur.

Resp. non esse necessarium, quod peccata commissa ante baptismum sicè susceptum per se tollantur, sed sufficere, quod per se, vel per accidens tollantur per aliud sacramentum, quod in casu esse penitentia, quam solutionem approbat Poncius d. 41. q. 10. concl. 4. ubi inquit, quantum ad utilitatem nostram parum referret, quod peccata ante baptismum commissa tollantur per baptismum, vel penitentiam, dum quod ablata fictione remittantur, & validitatem baptismi, loquitur enim in casu, in quo nihil desit ad baptismi valorem; sed impedit solum effectum baptismi in posteriori signo, supponens validitatem in priori, & tunc consummatur; Quodammodo ergo consequitur ad validitatem baptismi, atque ideo se habet, sicut alia peccata consequentia, quæ diximus, non deleri per baptismum, sed per penitentiam; Quod si hæc ratio non placet.

que præstaretur per ipsum, nisi adesset fictio, conferatur per penitentiam, ablata fictione, quod tamen non feret per ipsum, nisi præcesserit baptismus, qui in revel voto esse necessarius ad salutem. Sed hæc solutio non satisfactiva, quia neque contritio, neque penitentia sacram. totam penam condonant, nec per se, nec per accidens; sed hoc tantum convenit baptismi; ergo cum baptismus iterari non possit; dicendum est, peccata jam commissa ex vi præcedentis baptismi dimitti, recedente fictione, cum hic effectus baptismi aliunde suppleri non possit; Tunc inquit arguit Lambertus, nulla peccata per accidens remittuntur, aut per concomitantiam vi aliorum sacramentorum, aut actu peccatoris, nisi in voto saltem impliciter illius sacramenti, ad quod per se spectat tollere illa peccata; sed in penitentia non continetur votum illi modo sacramenti, baptismi, ad quod per se spectat tollere peccatum originale, & aliunde baptismum commissa, ergo penitentia non potest tollere peccata ante baptismum commissa; & quidem omnino gratis ait Poncius, in maiori huius argumenti principio peti, hoc enim probare tenebatur.

146 Tertio dicendum, quod esto in casu proposito præcedentis alicui, peccata baptismum præcedentia tollantur vi baptismi præcedentis, sublata fictione per contritionem, vel penitentiam; ipsa tamen fictio, & sacrilegium per ipsam commissum in susceptione baptismi non tollitur virtute baptismi, sed virtute contritionis, vel penitentis. Hæc etiam assertio est Scot. loc. cit. in qua omnes convenite videntur; & primo probatur ex Concil. Trid. sess. 6. c. 14. ubi dicitur, peccata post baptismum commissa non posse per baptismum deleri, sed per penitentiam; deinde probatur ratione, nam cum peccatum in ipsa baptismi receptione, commissum, & post ipsam susceptionem perseverans sit posterioris baptismi falsæ naturæ, non potest deleri, nisi per sacram. penitentis, vel per contritionem; ergo postea contritio, vel attritio cum Sacramento penitentis directè peccatum in susceptione baptismi commissum, tum etiam quia, ut inquit Doct. tale fictionis peccatum per malitiam iniuriæ, & irreverentiam in sacram. & est impedimentum baptismi effectus, ergo per ipsum baptismum auferri nequit, sed effectus ad quod remedium tunc debet, quia fictione sublata totum suum effectum baptismi habet, quoad reliqua peccata ipsi præcedentia.

146 Sed dices, tale fictionis peccatum inter peccata baptismi præcedentia computari debere, quia consistit in voluntate suscipiendi baptismum indignè; talis autem voluntas suscipiendi baptismum prior est ipsa baptismi susceptione, ergo per baptismum remitti poterit. Respondens negando assumptum, nam si talis voluntas ante susceptionem baptismi cessaret, tunc utique ad peccatum baptismi præcedentia pertineret, & virtute baptismi deleretur, nam se contingit in casu nostro, in quo supponimus, ex tali voluntate sequi sacrilegium baptismi susceptionis; & sic pertinet debet ad peccata baptismum subsequencia, & ratio est, quia baptismus prius natura characterem confert, quam gratiam sanctificans dispositiones, quas exigit ad gratiam; atque ideo quando quis obicem ponit gratiæ baptismali per sacrilegium fictionem, jam intelligitur characterem baptismi signatus; ergo tale sacrilegium, pro ut re ipsa fit, ab homine baptizato fieri censetur, ac proinde clavibus Ecclesiæ subiecto, atque ita peccatum tale, vel per sacramentum penitentis tolli debet, vel extra sacramentum per contritionem; Unde fatendum est, quod si quis antecedenter animum habuisset fictum, & indignè sacramentum suscipiendi, sed ante actum susceptionem respiciens se disponere curaret, & in ipso actu bona fide susciperet, tunc sanè baptismus haberet etiam vim delendi peccatum illud fictionis, mente antecedente commissum, & non opere consummatum in actu susceptionis, ut bene dicitur Averfa q. 69. sess. 3. nec tale peccatum esset postea Ecclesiæ pedibus subiciendum, quod completo, & consummatur peccatum re ipsa indignè sacramentum suscipiendo, tunc non remittitur virtute baptismi, sed penitentia; & ita est in casu nostro.

147 Hanc rationem impugnat Poncius loc. cit. nam falsum est, quod peccatum fictionis sequatur impressionem characteris, quod quidem repetitur in eo, qui accedit ad sacramentum, & ob ipsum fiat, ut Sacram. non sortitur effectum gratiæ; quod non esset, verum non præcederet collationem sacramenti, & impressionem characteris. At hæc obiectio procedit, tanquam si nos loqueremur de prioritate temporis, nos loquimur de prioritate naturæ, nam potest baptismus considerari in priori signo naturæ, tanquam validus in substantia, & in posteriori quodam signo; tanquam confertur suum effectum; peccatum autem fictionis, de qua hic loquimur, ad diximus ab initio questionis, non impedit substantiam, & validitatem baptismi, loquitur enim in casu, in quo nihil desit ad baptismi valorem; sed impedit solum effectum baptismi in posteriori signo, supponens validitatem in priori, & tunc consummatur; Quodammodo ergo consequitur ad validitatem baptismi, atque ideo se habet, sicut alia peccata consequentia, quæ diximus, non deleri per baptismum, sed per penitentiam; Quod si hæc ratio non placet.

Meld. in Quart. Sentent.

cer Poncio, aliam quoque jam ex Scoto adduximus, quam ipse approbat; ideo peccati fictionis non tollitur per baptismum, quia licet præcedat baptismum, adhuc tamen ad sacramentum penitentis per se spectare, videtur, quia per illam directè impeditur effectus baptismi, & habetur in actuali eius susceptione, juxta quæ doctrinam solvi etiam potest obiectio adducta sub num. 146.

148 Quattò, si contingat cõcomitanter committi aliquid peccatum in ipsa actuali susceptione baptismi, ut si sicca tunc quis habeat voluntatem furandi, aut fornicandi, aut odii, vel invidia, & quæ etiam solet, nùm remittendū postea sit virtute baptismi, recedente fictione, an potius virtute contritionis, vel penitentis, sicut dimittitur ipsa fictio; & quid sit questio est, si talis voluntas, vel complacentia de obiecto pravo duret usque, ad ultimum instantis susceptionis baptismi inclusive, & non ulterius; quia si actualiter perseveret finito baptismi, jam computabitur inter peccata baptismi consequentia, atque ita per penitentiam, vel contritionem dimittetur, & non virtute baptismi. D. Thomas art. 10. ad 2. Cajetanus ibidem, & passim alii Thomistæ docent, peccata actualia baptismi concomitantia, modo jam declarata, sublata fictione tolli per ipsū baptismum, unde hanc ponunt differentiam inter fictionem sacrilegæ, & alia actualia peccata concomitantia, quod fictio non tollatur per baptismum, sed per penitentiam sacramentum, aut contritionem, reliqua verò per baptismum; Ex quo inferunt, quod non sit opus reliqua peccata confiteri, sed solum fictionem, ac prout non sufficeret, si quis dicit, se sic, & indignè baptismi susceptionem, non addendo in eodem baptismi momento actuale odii habuisse, vel concupisceniam, ita Cajet. ibi, Silvius, Nugnus, Baldius Cabrera, Averfa, Villalobos, Diana, & alii Sum milite.

Fundamentum, quia Concil. Trid. sess. 14. cap. 2. sola peccata post baptismum commissa decernit, debere subijci clavibus Ecclesiæ, atque adeo non remitti virtute baptismi; sed peccata, de quibus est sermo, sunt baptismi concomitantia, & in eius actuali susceptione commissa, non verò post baptismum, ergo virtute baptismi remitti debent. Quod etiam ratione suadet, quia talis est institutio baptismi, & tam ampla virtus ejus, ut ad omnia peccata antecedentia & concomitantia delenda se extendat, & solum peccata consequentia, & peccatum ipsum fictionis, quod est directè, & formaliter opponitur, & quodammodo etiam consequitur, subijciuntur alteri distincto Penitentis sacramento; ita arguit Averfa q. 69. sess. 3.

149 Dicendum tamen est cum Scoto loc. cit. infra D. 7. etiam peccata baptismum concomitantia modo prædeclarata virtute contritionis, vel penitentis, sicut dimittit ipsa fictio, non virtute baptismi; quod etiam tenent Coninch. q. 62. art. 2. dub. 6. Capensis disp. 6. de sacram. in genere sess. 2. & alii Recentiores; & probatur ratione ab eodè Scoto infirmata, cõmunitur enim ab omnibus conceditur, ideo indignè baptismi susceptionem non posse postea per ipsum dimitti, quia directè impedit effectum ejus, ac ei irreverentiam inferret; non enim probabile videtur, sacramentum esse institutum ad remittendum illud peccatum, quod ejus vim enervat effectum impedit, eique directè opponitur, & ei reverentiam inferret; unde neque penitentia tollit peccatum in actu penitentis commissum, hoc enim beneficium privatur, qui ei injuriam inferret, sicut qui violat Ecclesiam, privatur beneficio immunitatis Ecclesiasticæ; sed alterum peccatum sacrilegæ fictionis conjunctum in casu posito eodem modo virtuti baptismi opponeretur, ejus effectum impediret, & injuriam inferret; ergo per ipsum remitti non potest; minor probatur, quia indignè susceptione sacramenti ideo ejus virtutem directè impedit, quia debita dispositioni directè repugnat; atque quod vis aliud peccatum mortale durans in susceptione sacramenti, usque; ad ultimum ejus instantis debet dispositioni directè repugnat, imò ad ipsum sacrilegium fictionem actinet, quia omne peccatum, quod fit contra dignam sacramenti receptionem, integrat fictionem; ergo patet impediri ejus virtutem, ac proinde ejus virtute remitti non potest.

150 Ex hoc sequitur, tam ipsam baptismi indignam susceptionem, quàm aliud quodlibet peccatum, quod eodem instanti, quo baptismus completur, & perficitur, adhuc cõmittitur, postea spectat in confessione explicandum esse, quia per baptismum remitti nequit; quod etiam suadet Coninch, quia cum suscipiens eodem instanti, quo baptismus perficitur, censetur baptizatus, censetur etiam Ecclesiæ subiectus, ita ut pro eo instanti non possit dici absolute non subiectus; atque ideo cum ejus peccati adhuc eo instanti duret ex suppositione jam facta, confessio subijci cessat, quia omne peccatum à subiecto Ecclesiæ, commissum subiacet clavibus, & est materia ad solutionem, ut docet Trid. sess. 14. c. 2. Ex quo patet ad fundamentum aliorum, peccata enim baptismi concomitantia inter peccata ipsam consequentia computari debent, sicut computatur ipsa fictio, ob rationem allatam in probanda cõclusionè; Et Concilium per peccata post baptismum commissa omnia illa intelligit, quæ cõtra distinctionem à peccatis ante baptismum commissis non autè ab eis, que in ipsa baptismi susceptione committuntur cum ejus injuria, ideoque hæc quoque sub illis comprehenduntur. Ad rationem negatur assumptum, & si peccatum ipsam fictionis, quod in ipsa sacramenti susceptione committitur, ideo



non per baptismum remittitur, sed per penitentiam, quia ei directe, & formaliter opponitur, ac ejus impedit effectum, idem pariter iudicium fieri debet de aliis tunc temporis commissis, quia & ipsa ejus virtuti opponitur, & effectum impediunt, & ad ipsam sacramentum pertinent, quia omne peccatum, quod fit contra dignam sacramenti receptionem, integrat fictionem.

151 Quinto ex hac doctrina patet tertia intelligentia casus, que ponit Doct. loc. cit. quod si baptizatus ante baptismum commisit septem peccata mortalia, & venit ad baptismum de sex attritus, septimum autem actu placet, vel de eo nullo modo attritum, licet recedente fictione illa sex, de quibus est attritus, virtute baptismi reviviscens remittantur, tamen quia illud septimum fuit causa fictionis in susceptione baptismi, ideo rationale est, quod respectu ejus non habeat baptismus effectum, sed respectu aliorum, quia ipsum formaliter impedit effectum baptismi, alia non, Et tunc illa propositio, inquit Doctor, peccata mortalia post baptismum non delectur, nisi per penitentiam, debet intelligi de peccato commisso post baptismum, vel omnino inherente, sicut, si licet, quod de ipso nec fuerit contritio, nec attritio in baptismum, nec post baptismum; ita Doctor 9. 5. cit. infra lit. D. Ubi quando illud septimum peccatum vocat inherens, non loquitur de inherencia habituali eo modo, quod influit ante baptismum, sed de inherencia actuali per complacentiam, inquam dedit causam fictionem pro talem reverentiam, & in hoc sensu intelligi Doctor illud septimum esse causam fictionis, sed indignam receptionis sacramenti; illud ergo sic animo continuatur fit reuale in eo instanti recepti sacramenti, & sic non spectat ad baptismum, sed ad penitentiam, quia ut supra dictum est, omne peccatum, quod fit contra dignam receptionem sacramenti, concurrens ad integrandam fictionem, Et hanc esse veram istius textus intelligentiam, Hicquod dicitur ex Reportatis d. 4. q. 7. 5. ad questionem in solutione ad prima objectionem, ubi ait Doctor, dico, quod fictus potest habere malitia peccata, & non propter quolibet est fictus, quia de malis potest habere dispensationem continuando tantum unum, & oportet, habere penitentiam de illo uno peccato, sicut de omisso post baptismum, & alia delectur per baptismum, ita Doctor ibi; unde patet, quod peccatum illud septimum, v.g. adulterium, in quo baptizandus actualiter complacet, est peccatum baptismi receptionem concomitans, cum Doctor illud dicitur supponat usque ad instanti, in quo consumatur baptismus inclusivè, atque iam post baptismum perfectum, quamvis enim adulterium illud quoad actum, seu quoad abstractum non daret, sed transiret, & permaneret tamen quoad voluntatem, & complacentiam, atque ideo inter peccata concomitantia, vel etiam subsequenta baptismum computari debet, & consequenter per penitentiam delendum, non per baptismum.

152 Hinc cessat instantia, quam urget Suarez, tom. 3. d. sp. 28. sect. 5. contra prelatam Scoti doctrinam, quia ex ea sequitur, aliquid peccatum ante baptismum commissum esse necessarium constitutum; dicit enim Scotus, quod si aliquis quando baptizatur, habet complacentiam alicuius peccati ante baptismum commissi, illud peccatum postea non delectur recedente fictione per baptismum, sed per penitentiam, quoniam illud peccatum baptismi effectum impedit, ergo in Scoti sententia aliquid peccati ante baptismum commissum esse necessarium constitutum. Cessat, inquam, hæc instantia ex allata declaratione, nam in peccato ante baptismum commissi, v.g. adulterio, duo possumus considerare: primo ipsum actum peccati, in quo homo dicitur esse habitualiter, quousque sibi dimittatur, & hic baptismum non impedit, & propterea confessioni non subijcitur, deinde considerari potest complacentia de illo actu præterito, quam ille habuit, & hæc fuit fictio, quæ effectum baptismi impedit, quæ postea per baptismum non delectur, sed per penitentiam, & ideo est consideranda; quartè quod Doctor inquit, peccatum illud septimum, v.g. adulterii, non delectur per baptismum, quia fuit causa fictionis, sed per penitentiam, non loquitur de peccato ipso adulterii, sed de ejus complacentia, quam habuit in receptione baptismi, usque ad ultimum instanti, & quando illud septimum peccatum appellat omnino inherens, intelligit de inesse, & inherere per continuationem, & voluntarium consensum, non autem per solam maculam habitalem, quia sic etiam reliqua sex peccata inherere ante, & post baptismum in eo casu subiectionem; neque peccatum illum dat causam fictionis, nisi medio libero consentia voluntatis peccati, ex quo oritur possessiva fictio, vel obex ad fructuosam sacramenti susceptionem, & hoc etiam modo hunc Scoti textum exponit Aretinus d. 4. cit. q. 5. art. 3. in fine.

153 Sexto tandem dicendum est, sacramentum baptismi reviviscens quandoque gratiam conferre, ut causam totalem, quandoque vero, ut partialem tantum; quando reviviscit per solam attritionem per ablationem obiectis negativè tantum, tunc solus totam gratiam conferre, ut satis constat ex dictis in prima conclusione sub num. 141. quia in eo casu nihil est aliud, quod possit gratia causare, quando vero reviviscit per sacramentum penitentiam in ablatione obiecti positivi, ut in casu secundæ conclusionis sub num. 142. simul natura cum eo conferre gratiam, ut causa partialis, & quidem majorem, quam unumquodque seorsum per se conferret, quia

utrumque; Sacram. habet vim causandi certam gratiam, nec unum alterius vim impeditur, Doct. qu. cit. lic. D. ubi ait, quod ad iustificandum fictum post fictionem concurrunt penitentia, & baptismus, ut partialis causa, quarum quælibet respicit obiectum suum, baptismus enim respicit originale, & actualia, sive propria ante eius susceptionem commissa; penitentia vero omnia alia, quæ fuerunt causa fictionis, vel post baptismum commissa; Et ratio est, quia tunc nec baptismus potest gratiam conferre se solo, cum peccata post se commissa remittere nequeat, nec penitentia potest peccata delectare ante baptismum commissi, quia ei non subiacent, & cum ex alia parte nequeat gratia infundi sine peccatorum remissione, nec unum peccatum possit sine alio remitti, sequitur, neutrum Sacram. posse habere effectum sine alio, sed suum effectum conferre simul dependenter à se mutuo, seu cum mutua dependentia unius ab alio, sicut duo idè levat, pòdus, quod neuter seorsum levare poterat.

154 Quando autem hæc duo remedia in eodem instanti tempore simul funt operantur effectum, non est hic exquirendus ordo prioritatis nature, in eis quodam, quodnam, scilicet, eorum prius causam, nam sunt cause morales, & motiva, à quibus movetur Deus simul ad causandum gratiam baptismalem, & penitentialem in eodem signo, non solum temporis, sed etiam nature, & in unum ante aliud suum conferret effectum, id est, gratiam iustificationis, & peccatorum remissionem; que ei subijcitur, omnino eo ipso alia etiam peccata remittentur, quia intelligi nequit, in aliquo signo quedam peccata remitti per infusionem gratiæ, & non alia; nec specialiter intelligi potest, prius per penitentiam remitti peccata post baptismum commissi, & in ipso baptismum, quam virtute baptismi peccatum originale, & actualia ante ipsum commissi; quare præstat dicere, simul ordine nature omnia peccata delectari, & ambo remedia simul suum conferre effectum; Et quamvis gratia per se sacramenta collata omnibus peccatis æqualiter repugnet, totaq; ab utroque Sacramento conferatur, licet non totaliter, adhuc tamen dicit potest, alia peccata per unum sacramentum remitti, & alia per aliud, ut puta commissi post baptismum, vel in baptismum per penitentiam; commissi vero ante virtute baptismi, & ratio huius facile ex principis nostris deducitur, quia in mirum gratia non habet per se, & ex natura sua vim remittendi peccata, ut dicitur lib. 2. d. 7. de iusticiis, sed tantum ex Dei instituto, qui per eiusdem gratiæ infusionem intendere potest quædam peccata remittere, quatenus ea ab uno Sacramento producit, & alia quædam producit ab alio, prout quicquid Sacramento vim Deus indidit. Neq; hoc ulla est incongruentia, quia pariter dicimus, eundem charitatis actum totum à potentia produci, & totum ab habitudine, licet non totaliter, & à potentia habere, quod fit liber, & ab habitu, quod fit supernaturalis, quam Scotie, doct. ad am. sim. amplectuntur Suarez, Lugo, Averfa, Coninch, & alii Recentiores, licet repugnet Vaq. d. 160. n. 24. ubi cõtridicendo non simul natura, per utrumque remedium gratia conferri, sed prius conferri per consequens remedium, quo, scilicet, et auferri fictio, quæ impediabat vim, & effectum antecedentis remedii, cui atq; sequitur.

ARTICULUS SECUNDUS.

Instantie Vasquez, contra allatam doctrinam excluduntur.

155 Cõtrà præcedentem doctrinam pluri bus instat Vasquez d. 159. c. 3. Primo, quia in casu posito utrumque sacramentum simul concurrere potest, prius enim concurrunt penitentia, per quam auferretur obex, & fictio, quæ effectum baptismi impediunt; ergo prius tollitur per sacramentum penitentiam peccatum in fictione, atque adeo indirectè alia omnia, quia gratia cum omnibus est æque incompossibilis, antequam in baptizando operetur; ita gratia per sacramentum penitentiam data debet omnia peccata, quædam per seut fictionem, quædam materialiter penitentiam per se spectata, alia vero, quæ præcesserint baptismum, per accidens, ergo ad remissionem eorum nihil facit baptismus; quia nullum, invenit in posteriori signo nature operans, quod remittat.

Respondeo, hæc non esse novam difficultatem, sed eam sibi met Doctor jam ante obiectis, & solvissit, d. 4. quando dixit, quod penitentia vera perfecte Deo reconciliat, & per consequens nullum peccatum relinquit, sed tamen non omne, quod infuit, per se curat, sed tantum illud, quod est obiectum penitentiam, non ergo per virtutem penitentiam dimittuntur hæc omnia peccata, sed dimittuntur partim per penitentiam, partim per aliam causam, scilicet, baptismum, & sic non habetur dimidia venia peccatorum, sed tota à Deo, non tamen tota per penitentiam, quia non oportet de omnibus, quæ inerant peccatis, penitere; ita Doct. quibus verbis non intendit, quod prius gratia penitentiam infundatur, per quam præcisè fictio remittatur, ut mox in posteriori nature signo gratia baptismalis subséquatur ad remittenda læta peccata, quæ ad penitentiam non spectant, hoc enim bene impugnantur per argumentum ex natura gratiæ deductum, quæ habet remissionem annexam, cuiusque peccati damnationem inferentis; Sed ita debet intelligi, ut constat ex dictis n. 154. quod applicatio penitentiam Sacramento in ultimo instanti

instanti prolationis verborum, simul datur gratia penitentiam, & baptismum, virtute utriusque; sacramenti, ut enim dicitur loc. cit. quando due cause ita concurrunt, ut una in causatione sit effectus ab altera dependens, neutra prius causa, sed utraque simul, ita autem causant in casu nostro penitentiam, & baptismum, quia dependentia est mutua in eo casu, & casualitas simultanea, & hoc est, quod intendit Doct. d. 4. cit. in penitentiam omnia remitti, non tamen virtute solius penitentiam, sed etiam baptismi, Unde quando applicatur penitentiam, Deus movetur; & à penitentia præsentis & à baptismum præterito ad infundendam totam gratiam, quæ tota simul infusa ob utrumque sacramentum omnia expellit peccata illius penitentiam, unumquodque, quæ ad se spectant, unde neq; per baptismum solum tolluntur, neque per solam penitentiam, sed per utrumque simul.

156 Dices, prius natura tollitur fictio, quam baptismus operetur, sed non tollitur, nisi per gratiam penitentiam, ergo prius natura hæc infunditur, quam baptismum suum possit habere effectum, & consequenter per penitentiam omnia remittuntur peccata, quedam directè, & per se, quedam indirectè, & per accidens. Respondeo, fictionem effectum baptismi impediunt sumi posse dupliciter, vel formaliter, & hæc est ipsa culpa vel materialiter, hæc est indiditio; seu carentia dispositionis debite ad remissionem omnium peccatorum mortalium, prior fictio tollitur per gratiam, hæc autem posterior tollitur per ipsam dispositionem requisitam, quæ vel est contritio extra sacramentum, vel attritio cum Sacramento penitentiam; Quando ergo dicitur in instanti non conferri gratiam per baptismum, nisi remota fictione, hoc verum est, si modo de fictionem, non formaliter pro ipsa culpa, sed materialiter pro indiditio, seu carentia debite dispositionis, quæ removetur per ipsam dispositionem, quæ est penitentiam, non ipso, quod intelligitur posita attritio cum Sacramento penitentiam, intelligitur subiectum sufficienter dispositum ad remissionem omnium mortalium; hoc autem tunc intelligitur in aliquo prioris signo aut quoque Sacramento penitentiam operetur prius enim est, potius sacramentum penitentiam, quam operari, ut bene in hac re dicitur Lugo, & Averfa, atque ideo in eo prioris signo intelligitur jam ablatum obex baptismi, ante ipsa Sacramento penitentiam operatur, & deinde in posteriori signo natura ambo Sacramento simul operantur, & simul conferret effectus gratiæ, qui tollit fictionem formaliter, sed etiam per virtutem baptismi, potest jam non impedire, quare pro signo subiectionem utrumque sacramentum simul gratiam operatur, & remissionem peccatorum, neutrum enim invenit ulla peccata remissa, sed simul invenit ablatum obex ad eorum remissionem.

157 Secundo arguit, explicati non posse, quomodo potest ablatum obex in posteriori signo nature, baptismum concurrat simul cum Sacramento penitentiam, peccatorum remissionem; dicit enim per Sacramento penitentiam peccata aliqua tollantur directè, & alia omnia indirectè, non videtur cessare peccatum, quod per baptismum tunc remittatur, cum illud ipsum jam sit ablatum indirectè per Sacramento penitentiam; & gratiam illius sacramenti, & contra vero neq; videtur, peccatum ullum remitti posse directè tunc per Sacramento penitentiam, quia illud peccatum remissum est indirectè per gratiam, quam conferret baptismus, & ita nihil restat amplius remittendum per Sacramento penitentiam, nam quod attinet ad ablationem peccati, patitur remitti, quæ tollitur directè, vel indirectè, cum utroque modo auferatur omnino peccatum, & nihil ex ipso maneat, quod per illud sacramentum auferri possit.

Respondeo, Lugo, d. 20. sect. 3. n. 39. utrumque Sacramento, concurrere ad tollenda peccata, sed non eodem modo, nam baptismum tenet directè ad tollendum originale, & actualia commissi ante baptismum vel simul cum baptismum; & indirectè autem tollit etiam cetera, eo quod gratia opponitur cum omnibus; & contra Sacramento penitentiam conferret directè ad tollenda peccata post baptismum commissi & indirectè tollit originale, & alia actualia peccata; neq; est incongruentia, quod singula peccata tollantur per illa duo Sacram. eo duplici modo, & titulo; quæ sunt doctrina Paludani d. 4. q. 5. & explicant exemplo absolutiois Sacramentalis, quæ directè remittit peccata in confessione explicata, & indirectè alia inculpabiliter obliata. Sed hic modus dicendi non placet, quia tunc dicuntur, alia peccata indirectè remitti, quando non aliter directè remittuntur, ut constat in exemplo allato de remissione indirecta obliatorum per absolutiois Sacram. sed in nostro casu, verè omnia directè remitti possunt, & de factore remittuntur, virtute unius, vel alterius Sacram. Neq; exempli adducti est ad remittendum enim peccata obliata per absolutiois Sacram. remitti dicuntur, quia per se infusa est, & per se valet ad illa etiam remittenda, quatenus in universis est cõfessione inclusa intelligitur, ut loquitur Trid. sess. 14. c. 5. & per se apta sunt in mente veniant sub iubei clavibus; in casu nostro, nec baptismus infunditur, ut, aut valet ad remittenda peccata post ipsi commissi, nec absolutio sacramentalis est per se infusa, aut valet ad remittenda peccata ante baptismum commissi, cum non sint apta sub iubei clavibus; Quapropter præstat dicere, cum Scot. loc. cit. quando utrumque Sacramento concurrunt, scilicet, ba-

Meld. in Quest. Sentent.

ptismi, & penitentiam, & quando utraque peccata simul junguntur, tam scilicet, commissa post baptizatum, quam ante, unumquodque gratiam conferre, & remittere directè peccata sibi subiecta, quæ semel sic remissa, non indigent alia remissione indirectè.

158 Tercio rursus arguit Vasq. quia quicquid sit, quando fictio tollitur per attritionem, & sacramentum penitentiam, quando tamen tollitur per contritionem, negari non potest, quod contritio directè auferat omnia peccata, antequam baptismus operetur, contra remissionem; nam contritio ex sui natura pugnat æquè cum omnibus peccatis, & non potest dici, magis opponi directè posterioribus, quæ prioribus, quia æqualiter opponitur omnibus; ergo ea omnia directè auferat, sive per seipsa, sive per gratia annexa, atque jam inveniat per contritionem directè ablati peccata, etiam ante baptismum commissi.

Respondet etiam ad hoc, & bene Lugo loc. cit. idem argumentum fieri posse, quando habetur contritio illo ipso instanti, quod perficitur Sacramento baptismi, vel penitentiam, nam etiam tunc ponitur contritio directè pugnant cum peccatis; ergo se sola, vel per gratiam annexam, quam secum auferat, tollit directè ea peccata, ac per consequens tunc Sacramento baptismi, vel penitentiam non conducet ad operandam peccatorum remissionem, quæ omnia invenit jam directè remissa; Et tamen etiam in tali casu nemo dicit, Sacramento baptismi, aut penitentiam non operari remissionem peccatorum; & ratio est, quia contritio non est forma seipsa iustificans, aut peccatum expellens, ut dicitur lib. 2. disp. 7. de iustificatione, & rursus dicemus infra disputat. de penitentiam, sed est dispositio, quæ ex Dei misericordia acceptatur ad hoc, ut ipse Deus homini contritio peccata dimittat; Unde licet pro aliquo prioris signo intelligatur jam posita contritio, pro illo tamen signo nondum intelligitur remissum, vel ablatum peccatum, sed solum posita dispositio proxima, quæ se sola etiam sufficeret ad imperandam peccati remissionem; Et quia in eodem signo intelligitur positum etiam Sacramento, id est effectus remissionis peccati, qui ponitur in signo sequenti, non minus à Sacramento provenire poterit, quam à contritione, cum utraq; illa causa pro signo præcedenti præintelligatur cum activitate ad illum effectum, qui proinde in signo sequenti intelligi nequit magis ab uno procedere, quam ab alia. Idem igitur inquit Lugo, est in nostro casu dicendum, quando Sacramento baptismi tempore præcessit, & postea per contritionem tollitur ejus obex; nam tunc etiam non intelligitur prius posita contritio, quæ Sacramento ablato obice, sed utrumque, intelligitur simul, cum per ipsam cõditionem formaliter auferatur obex, qui non est aliud, quam carentia dispositionis debite ad remissionem peccati; non itaque invenit baptismus reviviscens peccatum remissum, quando operatur, sed solum invenit contritionem pro eodem signo, in quo reviviscit, & simul cum contritione in posteriori signo subsequenti operatur gratiam iustificantem, & peccati remissionem.

159 Quarto urget ulterius Vasquez, quia ut Augustinus, cujus doctrina præsertim tota innititur doctrina de reviviscencia baptismi, ablato obice per penitentiam, hoc privilegium, & hæc efficaciam baptismi præterito tribuere; debuit habere fundamentum aliquod traditionis, aut definitionis, aut Scripturæ, aut rationis, quod tamen ad talem efficaciam baptismi ex opere operato tribuendam, nullum profus extat.

Respondet, quod licet solius Augustini auctoritas, quæ fundatur in benigna interpretatione divine misericordie, ad hoc asserendum sufficeret, tamen non solus Augustinus, & in universum Scholastici omnes docuerunt, baptismum recedente fictione ad salutem valeat, sed plures alii Patres, quorum testimonia verbatim adducunt Lugo, & Hicquas, & alii Recentiores passim. Neque etiam Augustinus id sine urgenti ratione asseruit in doctrina sacre Scripturæ, & traditione Ecclesiæ fundata; ut enim constat ex locis supraprecitatis, motus est ad hæc efficaciam baptismi tribuendam ex eo, quod baptismum in re, vel in voto ad remissionem remissionem necessarius est necessitate mediæ, quæ ante ipsum sunt commissi, & ad expiationem quoque peccati originalis; cum ergo baptismum ille reiterari non possit, consequens est, ut virtute baptismi præteriti auferantur postea peccatum originale, & alia peccata ante ipsum commissi, quando fuerit obex ablatum.

Sed hæc quoque rationem improbat Vasquez, ut profus inane, quia dum quis dicitur iustificari per votum sacramenti, non ita intelligi debet, quasi hoc votum influit in iustificationis effectum, præter vim ipsius contritionis, in qua dicitur includi; sed solum, quia stante obligatione recipiendi sacramentum, omnino in contritione includitur votum recipiendi illud; quod expicitur in penitentiam Sacramento, hoc enim necessarium est in re, vel in voto ad remissionem peccati mortalis post baptismum commissi, & tamen quando aliquis per actum contritionis extra sacramentum iustificatur, in quo continetur votum implicitum sacramenti, non concurrunt ipsam sacramentum, aut votum ipsius, tribuens aliquam efficaciam contritionis, quam ipsa non habet ante sacramenti institutionem, & quam non habet, etiam si sacramentum institutum non esset; sed dicitur sacramentum necessarium



